ΓΝΩΜΟΛΟΓΙΑ ΕΛΛΗΝΙΚΟΛΑΤΙΝΗ,

Ἐκ ἰωάννου τοῦ στωβαίου ἐκλογῶν τῶν παραινετικῶν συγκομισθεῖσα.

GNOMOLOGIA GRAECOLATINA:

Hoc est,

Insigniores & uetustiores Sententiæ Philosophorum, Poetarum, Oratorum & Historicorũ, ex magno Anthologio IOANNIS STOBAEI excerptæ, & in Locos supra bis centum digestæ.

Accessit præterea Ὄνειρος, uel Ἀλεκτρυών, id est, Somnium, uel Gallus, Dialogus Luciani, lectu iucundissimus: in quo deliria Pythagorica de Animarum migrationibus in uaria corpora exagitantur: & quòd pauperum & mediocrium uita hominum cōditio sit optima & tranquillissima, ostenditur: Græcè & Latinè. Adiecto etiam Commentariolo, in quo loci difficiliores explicantur.

Per MICHAELEM NEANDRVM Sorauiensem.

BASILEAE:

AMPLISSIMIS ATQVE SAPIENTISSIMIS VIRIS D. CONSVLIBVS ET *Senatoribus in inclyta Generosissimorum Comitum à Mansfeld, &c. Islebia, suis dominis atq; patronis colendissimis*

S. D.

πᾶν ἀρχαιότητι διαφέρον αἰδέσιμον.

Rectè[a] & uerè dixit Diuus Basilius Cæsariensis, Cappadociæ Episcopus, propter pietatem & eruditionem singularem nō immeritò Magnus cognominatus, Sapientissimi Viri & Domini colendi, quòd quæ à ueteribus dicta sunt, pluris semper faciamus, tum quoq; maiorem fidem & honorem ipsis tribuere soleamus: uel quod [b] contra aliorum quamuis magnorū etiam uirorum sententiam [c] *αἳ δὲ ἀοιδαὶ εἰς ἔτος ἐξ ἔτεος γλυκερώτεραι εἶεν ἀείδειν*, ut ille ait: uel etiam quòd *παλαιοὶ ἅμα κρείττονες καὶ ἐγγυτέρω θεῶν ἐγένοντο*, id est, quod maiores nostri seu ueteres, uiciniores Deo fuerint & origini, ideoq; uerius & dexterius etiam de rebus iudicare, disserere, & præcepta omnium uir

a. Dictum Basilij: Antiqua gratiora nouis & recentibus.

b Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι, ἥ τις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται quemadmodum apud Homerum sapientissimū poëtarum regē dicitur odyss.

ε, νέος γὰρ ὁρῶν ἐλαιώνων ut est apud Athenæum.

c. Apollonius in fine 4. libri Argonautici carminis.

tutũ tradere potuerint quàm nos αὐτῶν ἀπόγονοι extrema fæx & amurca mundi, quemadmodũ à Platone illo θαυμασιωτάτῳ in Philæbo ſapienter quamuis ab homine Ethnico dicitur.

Veterum autem mentionẽ faciẽs, non loquor iam tantũ de gnomologijs, ſeu illis qui hypothetas, hoc eſt, rectè & honeſtè uiuẽdi præcepta, breuibus quibuſdã dictis incluſa, ſuis hominibus ſcripſerunt: quales ſunt qui Sapientũ nomine apud ueteres recẽſentur, uel etiã Heſiodus, Theognis, Phocylides & Pythagoras poetæ antiquiſsimi & ſapientiſſimi: Iſocrates quoq; rhetor ille μυστικώτατος, & aliquot alij qui hoc argumẽtum cũ apud Græcos tum apud Latinos, ut Seneca pectus illud caſtiſsimum & ſapientiſsimum, & Mimographi, de quibus adhuc Publij parænẽſes extant, ex profeſſo tractarunt: ſed de omnibus ijs ſeu oratoribus ſeu philoſophis, ſeu poëtis ſeu hiſtoricis, ſeu philologis etiã quales adhuc habemus, Athenæum cum Suida apud Græcos, Latinos uerò Gellium cum Macrobio, & de recẽtioribus Petrum Crinitum cum Cælio Rhodigino, ſeu quocunq; tandem nomine cenſendos quis eos exiſtimet, ex quibus cùm alia tum maximè doctrinas utiles de morum, ſtudiorum ac deniq;

Sapientes Græcorum quid docuerint.

Heſiodus, Theognis, Phocylides Pythagoras Iſocrates rhetor. Seneca.

Publij Mimographi Mimi, à Seneca & Macrobio & Gellio citari.

Qui philologi adhuc hodie extẽt tum apud græcos tum

deniq; totius uitæ honesta & liberali insti- tutione petimus.

In ijs ueterũ sapientissimis scriptis quàm multa proponantur à doctrina Christiana non abhorrentia, & in uita de pluribus singulos admonentia, ij nouerunt qui in ueterum autorum lectione non indiligenter uersari solent. Pindarus ille μεγαλοφωνότατος poëta, quemadmodũ antiquissimus ita quoq; σεμνότατος, & qui in omnibus prope hymnorũ suorum uersibus ad tædium usq; repetere & occinere nunquam desinit, [a] omnes omnium hominum conatus sine Deo esse irritos, in Pythijs celebrans, Xenocratem Agrigẽtinum, eiusq; filium Thrasybulum scribit Chironem Centaurum Thessalum & plerorunq; in Græcia præstantium uirorum præceptorem eximium, ideoq; omnium scriptis & monumẽtis commendatum Achilli Pelei filio suo, discipulo adhuc tum puero inculcare assiduè solitum, doctrinam de pietate erga Deum, & reuerentia parentibus debita ijsq; semper præstanda, hoc est uirtutes primi & secundi præcepti Decalogi, sic enim canit:

Φαντὶ μεγαλοσθενεῖ φιλύ
ρας ὑὸν ὀρφανισομένω πηλῄιδα πα
ραινεῖν, μάλισθα μὲν κρονίδαν

etiam latinos ueteres & recentiores.

a. Ἐκ θεῶν γὰρ μήχαναι πᾶσαι βροτιαῖς ἀρεταῖς καὶ σόφοι καὶ χερσὶ βιαταὶ, περίγλωσσοι τ' ἔφυν, id est pythiorũ. Et ibidẽ hymno 8. τὰ δ' οὐκ ἐπ' ἀνδράσι κεῖται, δαίμων δὲ παρίσχει, & sexcenta alia ubique apud ipsum inuenias.

Sexto hymno pythiorum.

βαρυόπαν στεροπᾶν κεραυνῶν τε πρύτανιν,
θεῶν σέβεσθαι.
ταύτας δὲ μὴ ποτε τιμὰς
ἀμείρειν γονέων βίον πεπρωμένον.

Eo quid poteſt magis pium dici ab homine, ut loquimur, ethnico? Aut quid habet hæc doctrina abſurdi? An non idem dicit quod ſcriptura, dum iubet Deũ ante omnia diligere, ipſi ſoli fidere, & parentes quoque debito honore afficere, poſtquam prius Deo ſuum reddidimus, quemadmodum Pindarus id ita fieri iubet & præcipit? Ordo quoquè legis diuinæ, quæ eſt ipſa lex naturæ, cuius ab initio omnes gentes ſemper fuerunt participes, id ita exigit, ut ex primo præcepto, deinde tanquam ex fonte fluant uirtutes reliquorum, quas Deo & proximo debemus.

Sic apud Suidam extat narratio ualde pia de Thulide Rege potentiſsimo, quiq; imperitaſſe ſcribitur toti Aegypto. Is potentia & fœlici omnium rerum ſucceſſu elatus, cum cuperet ſcire an etiam Rex aliquis in mundo, ipſum potentia & opibus præcederet, acceſsit ad templum Serapidis, ibiq; conſulto de ea re oraculo, reſponſum accepit in hunc modum, his uerſibus,[b]

πρῶτα θεὸς μετέπειτα λόγος καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς,

b. Extant apud Suidã

Σύμφυτα

Ξύμφυτα δ' ἐν ἑνὶ πάντα τάδ', ἐστὶ καὶ εἰς ἓν ἰόντα, ὃ κράτος αἰώνιον· σὺ δὲ ὠκέσι πόσσι βάδιζε θνητέ, ἀΐδηλον διάγων βιότοιο τελευτήν.

Moxq́; inde digressus, à proprijs ministris miserè interfectus perijt, pœnamq́; superbiæ dignã luit. Quid uerò hoc responso, quod fortè diabolus etiam inuitus protulit, Deus gentibus ueri Dei ignaris indicare uoluerit, mediocriter institutus facile iudicabit.

Sic Philippo Regi Macedonum potentissimo, ideoq́; arrogãtissimo, patri Alexandri, cui ob res suas præclarè gestas Magni nomen traditum accipimus, oraculum roganti quomodo hostibus posset esse superior, hoc uersu responsum est:

[c] Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου καὶ πάντα νικήσεις.

Voluit iudicare nihil esse ita arduum, quod non auro expugnari & cõfici posit, quemadmodũ id quoq; Philippus Plutarcho referẽte, fertur dixisse:[d] Nihil ita minutum, arduũ, accessuq́; difficile esse, ὥστε μηδὲ ὄνον πρόσελθεῖν χρυσίον κομίζοντα, quo non penetret asinus auro onustus,[e] κέρδει γὰρ καὶ σοφία δέδεται. quemadmodũ apud Pindarum est de Aesculapio fulmine Iouis interfecto, quòd egreßsis suæ profeßsionis limitibus iam uita functos, uitæ iterum restitueret.

in Thulide. Quamuis ibi corrupti nec integri legantur, præter primum.

c Vide apud Erasmũ in Chiliadibus prouerbiũ: Argenteis pugna hastis.

d. Apud Plutarchum in Apophthegmatis Philippi.

e. 3. Hymno pythiorum.

Historia extat apud Herodotum lib. 5.

Hipparcho Pisistrati Atheniensium Tyranni filio, ante interitum dormiẽti uir quidam tetra & grādi specie inter cætera hunc uersum uelut insusurrauit in aurem:

οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν τίσιν οὐκ ἀποτίσει.

Doctrina est quod Deus puniat improbos, cum sit osor omnis iniquitatis acerrimus, quemadmodum id Psalmi & singulorum experientia testantur.

Ad eundem modum Pausaniæ Lacedæmonum duci post interfectam uirginem quam patri ciui Byzantio eripuerat, aliquot continuis noctibus idolum assistere uisum est, quod inculcauit ei hunc uersum, sine intermissione repetitum:

Apud Plutarchum in libro de ijs qui tarde à Deo puniuntur.

βαῖνε δίκης ἆσσον· μάλα τοι κακὸν ἀνδράσιν ὕβρις.

Id est, Pœna tuenda tibi est, affert iniuria cladem. Et infinita similia alia passim obseruabit, qui uolet Herodotum, Xenophontem, Thucydidem, Aristotelem, Platonem, Athenæum, Suidam, Pausaniam, poëtas quoq;, Homerum, Pindarum, Euripidem, Sophoclẽ, & alios Græcos ueteres scriptores, historicos, philosophos & oratores. Vbi quamuis sæpe alia agentes, tamen uel aliorum sapienter dicta de morum & uitæ gubernatione inculcant: uel etiam ipsi uiri eruditione, sapientia, & alijs moralibus uirtuti-

bus præstantes, erudita breuitate quæ non minus gratiæ & bonæ doctrinæ continent, similia præscribunt.

Id cum obseruassent uiri sapientes, ut consulerent illorũ utilitati qui authores omnes nec habere, nec etiã euoluere integros possunt, uel ob temporis inopiã uel quamcũq; aliam causam, ex optimis quibusq; authoribus quæ erant maximè insignia, & doctrinas ac admonitiones salutares de omnibus uitæ casibus proponerent obseruata ac descipta, in certos locos quos cõmunes in scholis uocare consueuimus, retulerunt.

Fuerunt autem apud ueteres cùm alij qui eum laborem discẽtium causa susceperunt, tum maximè Ioannes Stobæus præclaram operam in ea re studiosis & φιλοκάλοις omnibus nauauit, & meritò palmam in eo argumento reliquis longè præripuit, dum quæ ipse per omnem suam ætatem nulli parcens labori asſiduo indefessoq; studio, ex optimis græcis autoribus amplissimis & uetustissimis librorum thesauris obseruata depromp sit, omnibus, gemmis & margaritis longè pretiosiorem thesaurum, hoc est, grauissimas & illustrissimas græcorum sententias, historias elegantissimas & exempla memorabilia studiosis reliquit, opus mellitissi-

Ioannes Stobæus τῶν γνωμολόγων διδάχος.

mum & floridissimum, officinam seu apothecã, diuerso genere nobiliũ aromatum impletam, præclarum & nunquam satis laudatum illud Anthologium, è quo tanquam ex diuite penu, ac omnis humanæ sapientiæ ueluti speculo nitidissimo, ueterum Græciæ sapientum consilia, præcepta, doctrinas, de quacunq; re quæ in uita incidere potest, cuiuscũq; etiam sint seu ordinis, seu professionis homines, petere quilibet abundanter & sufficienter ad omnis generis usus in omni uita possunt.

Id opus eximium & incomparabile post ipsum Stobæum totum debemus clarissimo & longè doctissimo uiro D. dño Conrado Gesnero, medico Tigurino præstantissimo, linguarumq; & artium honestarum cognitione excellenti, ac rerum infinita prædito, polyhistori sapientissimo, & de bonis studijs præclarissimè & longè optimè merito. Is enim primus sublatis multis mendarum millibus, eum authorẽ græcolatinum, suo labore & studio, cũ bonis omnibus communicauit, & notiorem multis quoq; fecit: cũ antea ex æditione Veneta, sine uersione, corruptissimus, apud paucos tãtum aliquot sine usu communi, paucissimis quoquè notus, ut claudus quidam sutor in lucem nun-

quam

quam prodiens delitesceret.

In eo autore cùm essent de tota uita honestè & prudenter instituenda, multæ utiles ac salutares commonefactiones, tum quoque quàm plurima alia φιλίππικοι maximè grata & commoda, sæpe multi boni uiri optarũt, ut quæ essent maximè insignia, illustria, rotunda & arguta, quæque facilè memoriæ hærerent, etiam pauperibus, qui ad eum legendum uel propter pretij magnitudinem non admitterẽtur, tum quoque occupatis, & scholasticis in schola adhuc sub præceptore discẽtibus, ea nota quis faceret. Fui & ego de illorum numero, qui id nõ rarò optare sunt soliti. Verùm hactenus nemo est repertus, qui eam operam discentibus præstare uoluisset: uel quòd qui id commodissimè & felicissimè perficere potuissent, alijs rebus fuerunt occupati: uel etiam quòd quibus ocium abundè satis fuisset, labores & molestias ferre noluerint, de pauperum adolescentum studijs iuuandis & promouendis parum solliciti.

Quia uerò hactenus nemo est inuẽtus, qui eum laborem in se susciperet, ego excitatus cùm aliorum amicorum monitis, tum uerò maximè doctissimi & clarissimi uiri Domini Ioannis Oporini Typographi Basiliensis

cele-

celeberrimi domini & amici mei colẽdi & bene de me meriti, qui unà mecum iampridem tale quidpiam ex Stobæo pro adoleſcentibus deſiderarat, quæ erant in Stobæi amplo illo Anthologio maximè inſignia, rara, breuia & expedita: hoc eſt, lectiſsimas & ſapientiſsimas ueterum græcorum ſapientum ſententias de morum, ſtudiorum, ac deniq; totius uitæ honeſta gubernatione excerpſi, ac in locos ſupra bis centum cõgeſsi, ut hac ratione ex umbra quaſi Stobæi labores utiliſsimos in lucem producerem, hoc eſt, pueris etiam notos facerem quos maximè à primis & teneris ſtatim annis, ſalutaribus præceptis imbui eſt operępretium, cum ſimus multò tenaciſsimi eorũ quæ rudibus annis imbibimus.

Gnomologia & plenior & luculẽtior ex omni generis ueterum græcorum & latinorũ ſcriptis cõfecta.

Potuiſſem autem augere ſingulos locos ſingulis acceſsionibus ex ijs autoribus & ſententijs quas Stobæus non attigerat, uerũ quia paulopoſt daturi ſumus integram & plenam gnomologiam, iam multis annis ex non protritis aut uulgaribus Græcis autoribus, ſed optimis & uetuſtiſsimis quibuſq; cùm patribus tum philoſophis, oratoribus, poëtis, hiſtoricis & alijs magno labore & ſtudio à nobis confectam: nec etiam adoleſcentes in præſenti gnomologia illam tunc operam

operam desiderabant, ab eo labore libenter quieuimus. Non potuimus tamen nobis omnino temperare, si qui loci uel breuiores erant, paucioresq; sentētias habebāt, quemadmodum solet accidere, uel alia quædam accessionem seu declarationem quandam faciliorem requirebāt, ne quædam alia quæ inter describendum fortè occurrebant, unà adderemus. Studuimus autem sedulò ut illa essent eius generis, quæ non apud quemuis autorem Græcum haberentur, sed & rara & antiqua, & apud paucos quosdam autores extarēt, ut uel ipsa raritate, tum quoq; antiquitate, studiosis adolescentibus commendatiora ipsa efficeremus.

In horum gratiam præfiximus etiam Catalogum autorum Græcorum, ex quorum testimonijs gnomologiam cōfecimus. Vbi plerunq; id efficere conati sumus, ut nō tantum nuda autorum nomina recēseremus, sed obiter etiam de uita, moribus & scriptis ipsorum unà diceremus. Cum non parum sæpe referat scire qui, quibus moribus, ac uirtutibus præditi fuerint illi, ad quorum præcepta, consilia & monita uitæ nostræ actiones conformamus. Sæpius etiam fortius feriant & moueant quæ à bonis & probatis autoribus profecta esse cognouimus. Tum etiam

Catalogus Autorum Græcorum ex quorum testimonijs congesta est gnomologia.

etiam ideo eam operam nobis sumpsimus, ut hac ratione adolescentibus ostenderemus, qui boni authores, quibus de rebus scripserint, quae argumenta tractarint, ut de magna turba certos aliquos quos sequantur eligerent: scirent etiam quorum scripta adhuc extent: qui uerò non sine studiorum iactura, maxima temporũ iniuria, sint amissa. Ideoq; plerũq; ipsa scripta cum autorum nominibus studuimus coniungere, adscriptis quoq; nonnunquam doctorũ uirorum de autoribus testimonijs. Eam uerò cõmentatiunculam de praecipuis & praestantissimis, longeq; optimis ueterum Graecorum scriptoribus cõfecimus è Suidae philologia, Aeliano, Athenaeo, Diogene Laërtio, Conrado Gesnero, Gyraldo, Volaterrano, & aliquot alijs, ipsis quoq; autoribus, quorum scripta ad nos usq;, à temporum iniuria conseruata, peruenerunt: putantes hãc opellam honestis adolescentibus non ingratam, nec etiam inutilem prorsus futuram.

Adiecimus etiam ad finem libri Dialogum Luciani, Somnium seu Gallum Graecolatinum, iam olim ab Erasmo Roterodamo politioris literaturae primo nostro tempore, repurgatore conuersum, & iam nunc nostro quodam cõmentariolo illustratum.

Dialo-

Dialogum, inquam, festiuissimũ pariter & lepidissimum, si quisquam inter Luciani lucubrationes est alius. De argumento uerò quod tractat, quodq́ue est iucundissimum, miroq́ue sermonis artificio elaboratum, in Dialogi principio dicitur.

Exhibemus ergo nũc adolescentibus studiosis, in uno quasi fasce tres libellos simul coniunctos, omnes argumẽti amœnissimi, plausibilis, & iucũdi: unde & cùm ipsi, tum denique cuiuscunq́ue ordinis homines, præcepta uitæ, sapiẽtissimas & antiquissimas ueterum sapientum sententias, παραινέσεις utilissimas, argumentum scribendi & dicendi luculentissimè depromẽt, de quacunque etiam materia dicere instituerint: linguam quoque Græcam commodissmè inde, tum alia quamplurima in uita communi necessaria pariter & iucunda, cum uoluptate, & studiorum suorum fructu, maximè addiscent. Quare speramus gratiã nos apud eos ituros aliquã, pro labore, quem commodis ipsorum semper studẽtes, describendo, colligendo, disponendo & conferendo libenter sustinuimus: in reliquum etiam daturi id operam sedulò, ne pro nostra tenuitate ipsorũ studijs etiam porrò malè unquã consulatur: quando cum ipsis pleraq́ue etiam

alia

alia communicabimus, omnia argumenti antiquiſsimi, utilis & plauſibilis, quęq; iampridem in aduerſarijs repoſita ipſis, ad tempus commodum ſeruamus.

Quia autem cupiebam huic lucubrationi meæ inuenire alicubi uiros præſtantes & ſapiētes quorum patrocinio fretus eam publico cōmitterem, Ampliſsimi & prudentiſſimi Viri Cōſules, & Senatores ſapientiſsimi, Domini & Patroni colendi, uobis eam & ueſtræ ſcholæ frequentiſsimæ & laudatiſsimæ inſcribere uolui: quod mihi ita perſuaderem eos tum demum hunc laborem approbaturos, qui & ipſi in literis non infeliciter uerſati eſſent, & ad pietatis, bonarum artium atque linguarum ſtudia fouenda, iuuanda & excitanda eſſent alacres & prompti: optimisq; tantū pietate, eruditione, conſtantia, ſimilibusq; uirtutibus præſtantiſsimis uiris Scholam, Eccleſiā atq; Rempublicam ſuam adminiſtrandā & gubernandam ſalutaribus conſilijs, & monitis pijs atque honeſtis committerent. Id uerò uos ita fideliter facere ſolere nouimus, ut facilè eam laudem quaſi alijs præreptam, tanquam propriam & hæreditariam, uobisq; tantùm relictam, conſtanter tueamini.

Habuit hactenus ueſtra Eccleſia multos præſtan-

præſtantes uiros, habet nunc Reuerendiſ-ſimum & clariſsimum uirum, pietate & eruditione præſtantem D. Eraſmum Sarcerium ueſtræ Eccleſiæ & uicinarum in comitatu Mansfeldenſi inſpectorẽ fideliſsimum, de ſcholis & Eccleſia multis ſuis pijs & ſalutaribus ſcriptis, cùm apud uos, tum alibi præclariſsimè meritum, & adhuc indies prolixius de ea merentem. Habet quoq; in uicina inclyta Mansfelda doctiſsimum uirum D. M. Cyriacum Spangenbergum dominum & amicum meũ, fratris mihi loco ſemper colendum & amandum. D. quoque Michaëlem Cælium ibidem docentem, uirum pietate, eruditione & ætate grauem & uenerandum. Doctiſsimum quoque uirum D. M. Hieronymum Mencelium conterraneum meum dilectũ, & multos alios qui in Eccleſia ueſtra ſyncerè & conſtanter docent. In ſchola uerò ueſtra, inclyta, celebri & frequenti, & de laudanda liberalitate Generoſiſsimorum Dominorum ueſtrorum inclytorum comitũ à Mansfeldt, &c. inſtituta audit docentem ueſtra clariſsima iuuentus, tum quoque unà alij adoleſcentes, qui ueſtræ ſcholæ laude exciti ad uos diſcendi cauſa ſe conferunt, doctiſsimum & optimum uirum inſignem formandæ iuuentutis ar-

Eraſmus Sarcerius ſuperintendens Eccleſiarũ in comitatu Manſfeldenſi paſtor Eccleſiæ Islebianæ.

Cyriacus Spangenbergus paſtor Eccleſiæ Manſfeldenſis.

tificem D. M. Rodt. & alios quosdam eruditione, gratia & industria, diligentia quoque docendi fideliter præditos. Nihil nunc dicã de aliis uiris, claris & præstantibus doctoribus, magistris, & aliàs insigniter eruditis uestris ciuibus, qui partim uobiscum in uestra ciuitate honestis disciplinis, & legibus honestissimè constituta agunt, partim etiam alibi apud exteros sua eruditione, prudentia, pietate & uirtute Scholis, Ecclesiæ, Reipublicæ & communi hominum societati & saluti operam suam præclarè nauant.

Ex iis hactenus non pauci, omnes præstãtes uiri, cùm laude alibi, tum in Ecclesia docentes, tum quoque in Republica præclarè uersantes, optimè de me mereri studuerunt. Volui ergo etiam hoc nomine, hunc librum ad uos ablegare, ut & ipsis in uestra Vrbe suauissima patria natis & educatis, & ipsius maximè opera eò prouectis, ut iam sint uobis & suis ornamento, sibi quoque & ipsis & hominum societati emolumento, apud uos gratias agerem: simul quoque tantam felicitatem qua uestra urbs ob tot præclaros uiros eximiè est ornata, uobis amplissimi Domini ex animo gratularer. Præterea uolui etiam scholæ uestræ (in qua multa præclara ingenia in pietate, bonis moribus, honestis

nestis artibus ac linguis dextrè ac fideliter à præceptoribus eruditis instituuntur) studia quantum quidem in me esset pro mea portione excitare, ac hoc nostro labore, ut speramus, ipsi non ingrato nec quoq; infrugifero futuro, eiusdē honestos conatus iuuare.

Ac spero quæ hoc animo ad V. P. mitto, uos benignè ac humaniter accepturos ac Neandrum, nunc non amplius suum, sed uestrum etiam χρύσει καὶ κλήσει ὡς φαμὲν παροιμιαζόμενοι uobis commendatum habituros. Id uerò ut faciatis amplissimi & prçstantissimi Domini, Consules & Senatores sapientissimi, uestras præstantiss. officiosissimè iterum atque iterum rogatas cupio. Pro eo officio ego uobis contra prudentissimi uiri meam operam, studiū & gratitudinē perpetuam, cum omni obseruantia promitto. 28 Martij Anno M. D. LVII.

V. Præstant.
addictiss.

Michaël Neander
Sorauiensis.

OPTIMO AC DOCTISS. VIRO D. IOANNI OPORINO, TYPOGRAPHO CELEBRI IN INCLYTA BASILAEA, SVO DOMINO ET AMICO MICHAEL NEANDER SORAVIENSIS

εὖ πράττειν.

Πέμπω νῦν πρός σε ἐλλογιμώτατέ τε καὶ φίλτατε Ὀπωρινέ, ἅπερ παρ' ἐμοῦ σὺ ᾔτησας, καὶ ἐγὼ ὑπεσχόμην, ἐκλογήν τινα ἢ ἐπιτομὴν τῆς μεγίστου ἀνθολογίου τοῦ Στοβαίου, ἢ ὅπως οὖν τις αὐτὸ ὀνομάζοιεν ἄν, ἵνα κατίδῃς ἐμὲ οὐ μόνον τῷ λόγῳ ὑπισχνούμενον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἔργῳ διαπράξαντα, καὶ σπουδαίως τε καὶ ἀκριβῶς ἐξειργασμένον. Σοῦ μὲν οὖν νῦν ἔργον, καὶ ταύτην τὴν ἐν τῷ νυνὶ ἀπεσταλμένην βίβλον, ὡς οἷόν τε τάχιστα ἐκτυπῶσαι, καὶ τοῖς νέοις κοινὴν ποιῆσαι, ἵνα ξύμπαντες οἱ περὶ ταύτην τὴν σπουδὴν διατρίβοντες ἅμα μὲν μετασχῶσι, ἅμα δὲ τὰς ἐξ αὐτῶν ἐπικαρπίας λάβωσι.

Σὺ γὰρ καὶ ἄλλως τε ἦθος σοῦ πρὸς τὰ καλὰ γράμματα εὐφυές· καὶ τὸ εὔνουν πρὸς ἅπαντας τοὺς φιλομούσους, τοῦτον μόνον πασῶν τῶν πράξεων σοῦ σκοπὸν ἕνα ποιεῖς, καὶ νύκτας τε καὶ ἤματα πάντα πλείστην ἐπιμέλειαν περὶ τούτου ἔχεις, ὥστε τὰς τέχνας πλεῖστον ὑπὲρ τὸ βέλτιον ἐπιδοῦναι εἰς πολλὴν εὐπορίαν, καὶ τὴν νεότητα ὠφεληθῆναι, οὐ μὴν δηλαδὴ τὰ τυχόντα, ἀλ-

λὰ τὰ

λὰ τὰ χρησιμώτατα δημοσιευόμενος καὶ ἄριστα. Ἀντὶ ταύτης δὲ τῆς εὐεργεσίας σοι χάριν ἐξοῦσιν ἅπαντες οἱ φιλόμουσοι, βίβλων τε ἀρχαίων καὶ ὠφελίμων ἐπιμέλειαν ἔχοντες, ὅτι σοῦ τὸν Νέανδρον τόν σου προτρέψαντος καὶ ἐποτρύνοντος, νῦν καὶ πενέστεροι χρῆσθαι τῇ τοῦ Στοβαίου γνωμολογίᾳ δύνανται, ἧς πάντα τὸν παρελθόντα χρόνον ὀλίγοι τινὲς τῶν πλουσιωτέρων καὶ ἐπισημοτέρων μόνον κεκοινωνήκασιν. ὅτι παῦροί τινες τὸ μέγιστον τοῦτο βιβλίον, ἀνθολόγιον δῆτα τοῦ Στοβαίου, διὰ τὸ τοῦ ὠνοῦ μέγεθος καθὼς οἱ πλείω κεκτημένοι ἀγοράσαι οἷοί τε γεγένασιν, οὐδὲ οἱ παίδων ἐν τοῖς σχολαστηρίοις μαθητευθέντων, καὶ καταδεεστέραν ἔτι φύσιν ἐχόντων, τοῦτο ἰδεῖν ἢ ἀναγινώσκειν ἐδύναντο.

Οὐ μὲν ἀμφισβητῶ πολλοὺς παρ' ὑμῖν τε καὶ ἡμῖν πολλῇ ἐπιστήμῃ εἰς τὸ πλάτος κοσμίους ὄντας ἄνδρας, κρίσει τε καὶ φύσει πολὺ κρείττους, κοσμιωτέρως καὶ καλλίονι τάξει τὰ ἄριστα καὶ χρησιμώτατα συντόμως συντεταγμένα, εἰς ἐπιτομὴν συλλέγειν καὶ συντιθέναι οἵους τε γεγονότας. Καὶ περιβόητος ἐκεῖνος πολλῇ τε τῶν τεχνῶν τε καὶ γλωττῶν ἐπιγνώσει πολυμόρφως κεκοσμημένος, καὶ πᾶσι τῶν ἀρετῶν εἴδεσι καλλυνόμενος Κόρραδος ὁ Γεσνῆρος περὶ τὰ γράμματα ὡς ὅτι δεινότατος, πολυΐστωρ φημὶ θαυμασιώτατος, ὃς ἡμῖν ὅλον τὸν Στοβαῖον ἰδιώματι ῥωμαϊκῷ μεταπεφρασμένον καὶ ἐπηνορθωμένον ἐξεπόνησε, τοῦτό γε κάλλιστα παρασκευάσειεν ἄν.

Ἀλλ' ἄρα, ὅτι οὐδεὶς ἐκ τούτων ἁπάντων εὑρέθη, ὃς περὶ ταύτην τὴν σπουδὴν ἢ πραγματείαν ἔτυχε καὶ διέ

πρεσβεῖν, ὥστε ὠφεληθῆναι τοὺς τῶν σπουδαζόντων πολλὰ χρήματα μὴ κεκτημένων, ἴσως τῶν ἰδίων ἐπιμελείαις ἐμποδιζόμενοι, προχείρως μὲν ἐγώ γε ἁπάντων καταδεέστατός τε καὶ ἐλάχιστος, σοὶ φίλῳ μοι διάπαντος εἰς τὰ μάλιστα διὰ αἰδοῦς τε καὶ ἀγάπης ἀχθησομένῳ, καὶ παρ' ἐμοῦ καλόν τι καὶ ὠφέλιμον αἰτοῦντι χαριζόμενος, οὐ πειθῆ ἐμὲ παρέχον, μηδένα πόνον ἐν τούτοις δεδιὼς, πρὸς τὸ μάλιστα ἀποβλέπων ὅτι ἐμοὶ εἴρηκας καὶ ὡμολόγησας, τοῦτο βιβλίον ἐκ τοῦ στοβαίου συντεθειμένον, πολὺν ἤδη χρόνον παρὰ παντὶ τῷ περὶ τὰ μαθήματα φιλοπονούντων ζηλωθὲν γεγονέναι, ταῦτ' οὖν ὅτι ἔφθην διαπονήσας, ἔχεις νῦν οὐ τυγχάνειν σε ἐκ πολλοῦ ἤδη ἠξιώσας.

Εἰ δὲ οὖν μὴ ἅπασι κεκαθαρισμένως ἐπεξειργασμένος τοῦ δόξομαι, μή δε ἅπαντες ἐπαινέσουσι τοῦτο, ὅσου συμβουλεύοντος ἐπεχείρησα. τί ἐμοὶ καὶ αὐτοῖς, σὺ μόνος ὄψει· ἐγὼ μὲν σοι πειθόμενος ἐμὲ παρῃτημένον παρέξομαι, σὲ δὲ ἀπολογεῖσθαι προσήκει περὶ τῶν ἡμῖν πεποιημένων, καὶ καθάπερ τάχα τινὲς λέγοντες ὑπάρξουσι, μὴ ὀρθῶς τε καὶ εὐτάκτως διακεκοσμημένων, καὶ διὰ τοῦ κατηγορίαν ἰδίαν τῶν ἡμῶν ποιουμένων.

Ἐπιστέλλω δέ σοι πρὸς τούτοις οὐ πολλῷ ὕστερον, ἃ ὁμοίως σου παρακελευομένου συγκατασκευάζομεν, Πίνδαρον δηλονότι καὶ θεόκριτον, ἅμα καὶ Ἀπολλώνιον, ἡσίοδον, θεόγνιδα, φωκυλίδην καὶ Πυθαγόραν, ἑλληνικολατίνους, καὶ τοῖς ἡμῶν ἀπομνημονεύμασι ἢ σχολίοις βραχέσι μὲν πάνυ, ἀλλὰ ὠφελιμωτάτοις ἀπηκριβωμένους. Καὶ Λυκόφρονα προσέτι συγγραφέα ὡς

παλαιότατον ὄντα καὶ ἥδιστον, καὶ ἀναριθμήτων θη-
σαυρόν, ἅμα μὲν τῶν λόγων τῶν μυθωδεστέρων, ἅμα δὲ
τῶν πραγμάτων καὶ τῶν ἱστοριῶν ἀνεξάντλητον πέλα-
γος, ὃν σὺ ἡμῖν δῶρον, καὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας σύμ-
βολον καὶ μνημεῖον ἀείμνηστον ἔπεμψας. ταύτης τῆς
βίβλου ὅτι τοσοῦτον ἤδη χρόνον ἀπεστερημένοι ἐτύχο-
μεν χαλεπῶς φέρω. ὁρῶ γὰρ τὴν μεγίστην ὠφέλειαν τῆς
μέχρι τοῦδε ἀφ' ἡμῶν ἀποκεκρυμμένης, τούτους οὖν συγ-
γραφέας ἅπαντας ἅμα μὲν ἀρχαιοτάτους ἅμα δὲ σεμ-
νοτάτους, καὶ παντοίων καλῶν τε καὶ παλαιῶν δι-
δαχῶν μεστούς, καὶ πολλῶν καλλίστων παραινέσεων περὶ
ἐν παντὸς τοῦ βίου τε καὶ τῶν τρόπων διοικήσεως, ὄντας
σαφῶς καὶ εὐκαταμαθήτως ἀνεπτύξαμεν, τὰ ἄδηλα
πρὸ τοῦ, φανερὰ καὶ ῥᾷστα ποιούμενοι, ὥστε καὶ τοὺς παῖ-
δας ἔτι, καὶ μετρίως μόνον ἐν τοῖς ταύτης τῆς γλώττης
στοιχείοις παιδευθέντας οὐκ ἀλυσιτελῶς μήτ' ἀηδῶς
ταῦτα καταμαθεῖν καὶ ἀναγινώσκειν δύνασθαι.

Ἔχω δὲ πρὸς τούτοις καὶ φιλολογίαν τινὰ ἑλληνικὴν
λατίνην πολυαρκεστάτην, ἣ περιέχει καὶ ἐξηγεῖται τὰς
καλλίστας καὶ ὡς ἀληθέστατα συγγεγραμμένας τῶν πά-
λαι καὶ ἔξω ἱστορίας, ἐξ ἁπάντων παλαιῶν καὶ πιστοτά-
των συγγραφέων καὶ ἁγιογράφων καὶ ἐθνικῶν συνει-
λεγμένας. Ἅμα δὲ καὶ ἀριστολογίαν παρεσκευάσαμεν
ἐκ τῶν τοῦ εὐριπίδου καὶ σοφοκλέους καὶ αἰσχύλου τῶν τριῶν
ἐνδοξοτάτων τε καὶ σοφωτάτων ποιητῶν οὓς τραγικοὺς
μὲν καλοῦμεν. Καὶ πάλιν ἔχω ἄλλην τινὰ ἐκ τοῦ ὁμήρου
τοῦ ποιητοῦ βασιλέως λαμπροτάτου καὶ θειοτάτου, καὶ ἐκ τοῦ
τοῦ κοΐντου Καλαβροῦ. Καὶ προσέτι ἄλλην τινὰ ἐκ τοῦ πλά-

τωνος ἐκπρεπεστάτου καὶ θειοτάτου φιλοσόφου. Καὶ ἔτι
ἄλλ᾽ ἄττινα ἐκ τοῦ Ἡροδότου καὶ Ξενοφῶντος καὶ Θουκυδίδου
τῶν τριῶν τῆς ἱστορίας πατέρων παλαιοτάτων, καὶ μελιχ-
δεστέρων μελιττῶν. Ἐν ταύταις δ᾽ ἀριστολογίαις μάλι-
στα ἐσπουδακὼς ἔτυχον, καὶ μεγίστην ἐπιμέλειαν περὶ
τούτου ἐποίησα, ὥστε τὰ ἄριστα καὶ χρησιμώτατα μόνον
συλλέγειν τῶν φιλομαθῶν ἕνεκα. τούτους γὰρ ὠφελῆ-
σαι τοῖς ἐμοῖς πόνοις, καὶ τῶν αὐτῶν ἐπιτηδεύμασι κα-
λοῖς καλῶς καὶ ὀρθῶς συμβουλεύειν ἠθέλησα, ἵνα μέγα
ἐντεῦθεν ὠφεληθέντες αὐτοὶ τὰ βέλτιστα καὶ τὰ μάλα
εὔχρηστα ἐκ τούτων ἐκλελεγμένα ἅμα μὲν γινώσκωσι,
ἅμα δὲ τούτοις ἐν τῷ βίῳ ἡδέως χρῶνται, ὅτι τούτους συγ-
γραφέας ὁλοτελεῖς οὐ μὴ διὰ ἀπορίαν ταχὰ ἔχειν οἷοί
τε γίγνονται, μήτε καὶ ὄντων αὐτοῖς τοιούτων βιβλίων
διὰ τέλος αὐτὰ ἐπεκλέγεσθαι δύνανται. Γνωμολογίαν
δέ, ἣν μεγίστην καὶ πλουσιωτάτην συλλέγειν ἐξ ἁπάν-
των τῶν ἀρίστων ἑλληνικῶν τε καὶ ῥωμαϊκῶν συγγραφέων
προῄρημαι, ἐπιτελεῖν ὡς ἐπιμελέστατα σπεύδων φθά-
νω, καὶ ἀεὶ τοῦτο πράττω καὶ σκοπέω, καὶ ἐπὶ τοῦτο παντὶ
σθένει ὁρμοῦμαι μή ποτε ἀγορεύω, ἵνα καθ᾽ ἑκάστην ἡ-
μέραν αὐξάνῃ καὶ μεγίστην ἐπίδοσιν λάβῃ, καὶ μετ᾽ ὀλί-
γον χρόνον, ὥσπερ σὺ ἀξιοῖς, ἐκδίδωται. ἔχω πρὸς τούτοις
καὶ πλεῖστα ἄλλα ἤδη τετελεσμένα, καὶ οἴκαδε ἐν ταμείῳ
ἀποκείμενα, περὶ ὧν ἄρτι ἔμπροσθεν μετ᾽ ἀλλήλων
διελέξαμεν. αὐτῶν δὲ πάντων οὐ πολλῷ ὕστερον τοῖς φι-
λομούσοις διὰ τῆς ἐπιμελείας σου μεταδώσομεν. Σὺ βέλ-
τιστε καὶ αἰδεσιμώτατε Ὀπωρῖνε σπουδάζειν εἰς τὰς τοῦ
Νεάνδρου τοῦ σοῦ σπουδὰς, οὐ μὴ ἀπολήγε, ὥσπερ μέ-

χρι τοῦδε ποιῶν ἀεὶ διετέλεσας, καὶ ἐμοὶ ὅπως οὖν δύ-
ναιο ἂν σύμπραττε, ἢ συμβουλίοις ἀγαθοῖς ἢ βιβλίοις
τισί, εἴ τινα νεωστὶ ἐκδέδοται, πρὸ τοῦ οὔπω δημοσιευ-
θέντα, καὶ συμφέροντα πρὸς τὸ διαπράττειν καὶ ἐπεξερ-
γάζεσθαι ἃ διὰ σοῦ περὶ τῶν καλῶν μαθημάτων διατρι-
βὴν φιλοσοφοῦντας μηδενὶ πόνῳ φειδομένους μογοῦ-
μεν. Ἔρρωσό μοι ἤδη μέγιστον πολλαῖς τε παντοίαις ἀ-
ρεταῖς μάλιστα περίβλεπτε, καὶ ἐμοὶ διὰ παντὸς διὰ
πολλῆς αἰδοῦς τε καὶ τιμῆς ἀχθησομενώτατε
ἄνερ, τῶν μουσῶν κῦδος καὶ καλλώπισ-
μα οὐχ ἐλάχιστον. ἔρρω-
σο πάλιν.

DE GNOMOLOGIA NEANDRI AD LECTOREM.

CEu nitet aurato fulgens inclusa monili
Gemma, uel Eoo, bacca reperta mari:
Floribus ut uarijs texuntur olentia serta,
Nec non multiplici prata colore placent:
Sic prolata etiam grauibus sententia dictis,
Sermonis sanè est non mediocre decus.
Siue paras aliquid tereti componere scripto,
Seu facis in medio uerba diserta foro.
Ordine digesto sapientum dicta tenere,
Crede mihi, uanæ non erit artis opus.
Illa tuis etenim, præbebunt lumina scriptis,
Et graue dicenti pondus inesse dabunt.
Sic legisse etiam gemmas de uersibus Enni
Dicitur & scriptis inseruisse Maro.
Adde quod & tradunt præcepta salubria morum,
Exterior quo sit uita regenda modo.
Quæ præstanda bono sint, quæ fugienda uicißim,
Lectorem eximia cum grauitate mouent.
Has igitur magni, moneo te, pendito gemmas,
Aonidum quisquis pulchra fluenta colis.
Auriferis Gnomas præstare putabis arenis,
Quas tibi collectas porrigit iste liber.
Condidit hunc acri modò sedulitate Neander,
Ingenio multum, nec minus arte ualens.
Hunc tibi iam defert, studiosa iuuenta, laborem,
Quaq́; potest te omni parte iuuare, iuuat.

Rectius

Rectius ille nihil putat, aut præstantius unquam,
Quàm bene de studijs promeruisse bonis.
Tu grata agnoscens hæc suscipe munera mente,
Atque opus hoc uigili, uolue, reuolue, manu.
Quòd tibi si iusta liber utilitate probatur,
Optatum finem, quem cupit, author habet.

Nathanael Mylius.

IN EANDEM.

Vt magis afficiunt uarij per prata colores
Candidaq; auricomis lilia mixta rosis:
Atque placent nitidis depicti floribus horti,
Quodq; uirens molli spirat odore nemus:
Sæpius & uariæ tollunt fastidia mensæ,
Quas onerant lautis, fercula lauta, cibis.
Vnde uelut stomacho sitiens accenditur ignis,
Naturæ ut capiat commoda quæq; suæ.
Sic etiam grata est rerum doctrina bonarum,
Vsu multiplici, quæ uariata nitet.
Ac mouet atque placet grauibus sententia dictis,
Queis ueluti phaleris est decorata suis.
Viq; magis lepidis depicta tabella figuris,
Spectantis mentem & lumina fixa rapit.
Sic etiam uarias quæ tradunt ordine formas
Afficiunt, multis pectora nostra, modis.
Nam sic utilium diues quasi siluula rerum
Panditur, & Clarij larga fluenta lacus.

Siue uelis igitur certis quid ſcribere metris,
Fundere ſeu tentes uerba ſoluta modis.
Hic tibi materies datur, hic tibi copia rerum,
De quibus ornatè diſſeruiſſe queas.
Non equidem eſt, mihi crede, leuis res, ore diſerto,
Quodlibet ornatu poſſe referre ſuo.
Ac nouiſſe ſimul ueterum monumenta ſophorum,
Qui Graio & Latio diſſeruere ſono.
Nobilis ergo cui ueterum ſapientia cordi eſt,
Doctaq; magnorum noſcere ſcripta uirûm:
Huc celeres greſſus, oculos huc flecte uolucres,
Suſcipeq; hunc auida mente manuq; librum
Nam docet hic quis ſit ſtudiorum fructus & uſus,
Quo ſimul in ſtudijs fine fruare tuis.
Doctorum ut ſimili ratione exempla ſequaris,
Quæ poterunt mores compoſuiſſe tuos.
Atque petas lepido collectas ordine Gnomas,
Quas poteris ſcriptis inſeruiſſe tuis.
Ergo peruigili hunc euolue labore libellum,
Noſcere Gnomologôn, ſi pia ſcripta cupis.
Hæc tibi perpetua iam dignus laude Neander
Porrigit, in certos ritè reducta locos.
Atque tibi gratis dedit hæc ſtudioſa iuuenta,
Vt ſimul hac poßis commoditate frui.
Ergo ſuſcipiens hæc munera mente benigna,
Huic grates grato pectore & ore feras.

Ioannes Mylius.

IN EANDEM.

Οἷς πόθος ἐστὶ μαθεῖν ἑλλήνων ποίκιλα ἤθη,
　Ἀρχαίων τε σοφῶν χρήσιμα δόγματ' ἰδεῖν,
Σπεύδετε δεῦρο ἅπαντες ὁμῶς ὡρμημένοι εὐθὺς
　Ταύτην σπουδαίως νῦν ἀναγνῶτε βίβλον.
Πάντα γὰρ αὕτη ἔχει περὶ ῥύματα, ὅσα ἔλεξαν
　Ἱστορικοὶ βασιλεῖς κ' ἰσχυροὶ ἡγεμόνες.
Δείκνυσι καὶ ὅτι ἐστὶ θεός τις πάντα κυβερνῶν,
　Κ' εὖ ποιῶν ἀγαθοὺς τούς τε κακούς γε κακῶς.
Ἀνθρώπων δεινῶς τὰ πράγματα φαῦλα κολάζων,
　Τὸν θεὸν ἡγούντων αἰσχρὰ τὰ ἔργα λαβεῖν.
Καὶ ἅμα ὅτι ὃς ἄλλοισιν κακὰ τεύχει ἀβούλως
　Πολλάκι τῆς δίκης ἔμμορεν οὗτος ἀνήρ.
Καὶ λέγει ὅτι ἄνευ χάριτος θεοῦ οὐδένες ἐσμέν,
　Κ' ὡς ποιεῖ ἀρετὴν ἀθάνατόν γε πόνος.
Πολλὰ καὶ ἄλλ' αὐτὴ βίβλος ὠφελιμώτατα λέξει,
　Οἷς δύνασαι κοσμεῖν γράμματα σεῖο καλῶς.
Χρήσιμα καὶ δείξει ἅμα σοι γνώμησιν ἀρίσταις
　Αἳ σου ἀνορθοῦσι ἤθεα σεμνὰ βίου.
Ταύτην οὖν χείρεσσι βίβλον δινεῖτε, φέροντες
　Δῶρα ὃς εὐκόσμως ταῦτα ἔδωκε χάριν.

ISOCRATES IN FINE ORATIONIS ad Demonicum.

Χρὴ παραδείγμασι χρωμένους ὀρέγεσθαι τῆς καλοκαγαθίας, καὶ τῶν ποιητῶν τὰ βέλτιστα μανθάνειν, καὶ τῶν ἄλλων σοφιστῶν εἴ τι χρήσιμον εἰρήκασιν, ἀναγινώσκειν. ὥσπερ γὰρ τὴν μέλιτταν ὁρῶμεν ἐφ' ἅπαντα μὲν τὰ βλαστήματα καθιζάνουσαν, ἀφ' ἑκάστου δὲ τὰ χρήσιμα λαμβάνουσαν, οὕτω χρὴ καὶ τοὺς παιδείας ὀρεγομένους, μηδενὸς μὲν ἀπείρως ἔχειν, πανταχόθεν δὲ τὰ χρήσιμα συλλέγειν. μόλις γὰρ ἄν τις ἐκ ταύτης τῆς ἐπιμελείας, τὰς τῆς φύσεως ἁμαρτίας ἐπικρατήσειεν.

Id eſt,

Decet in exempla intuentes, uirtutis & honeſtatis flagrare deſiderio, & poëtarum optimas ſententias diſcere; & quæ alij uiri ſapientes utiliter præceperunt, legere. Nam ut apes omnibus quidem inſidere floſculis, de ſingulis autem utilia carpere uidemus, ſic eruditionis comparandæ ſtudioſos, nihil inexploratũ relinquere, ſed profutura quæ ſint, undiq; colligere decet. Tametſi enim hæc omnia diligenter præſtiterimus, etiam ſic naturæ noſtræ prauitatem ægre ſuperabimus.

BREVIS ET VTILIS COMMENTATIVNCVLA DE AVTORIBVS, QVORVM TESTIMONIA HAC IN GNOMOLOGIA CITANTVR, SECVNDVM ORDINEM LITERARVM ALPHABETI.

ÆLianus, sophista fuit Romanus, à Philostrato uerò magnopere commendatur, quòd Romanus homo tam probè atticissauerit, tamq; eleganter peregrinam à patria retinuerit uocem. Fuit auditor Pausaniæ: sub Hadriano decessit 60. sine liberis, cùm cœlebs fuisset. Scripsit Græcè de uaria historia, libros 14. item lib. 16. de historia animalium. Item libros de militaribus ordinibus instituendis more græcorum. Ii libri cum alibi hactenus impressi sunt, tum uerò editi sunt simul in uno uolumine in folio græcolatini è regione, Tiguri apud Gesneros fratres, anno domini 1556. opera & studio doctiss. uiri Conradi Gesneri Tigurini.

Æschylus, poeta fuit tragicus Atheniensis, quē, ut Philostratus scribit, Athenienses tragœdiæ parentem appellauere. Tragœdias suas scripsit potando, ut scribunt Plutarchus cum Athenæo. Vixit tempore Pythagoræ et Pindari, lyrici poetæ. Diem suum obijt annos natus octo & quinquaginta dum in agro sederet, et aquila fortè præteruolans testudinē in caput eius demitteret, rata scilicet, caluum Æschyli caput saxum esse, quo ales ipsa euismodi animalia solet cōquassare: autoribus Pausania, Æliano & Valerio. Fabulas scripsit 90. Elegias item. Fuerunt etiā Æliquot alij Æschyli tragici. Æschyli tragœdias sex Aldus impreßit Venetijs in 8. an-

no 52. cum Græcis commentarijs Francisci Robortelli, & rursum Parisijs ab Adriano Turneso emendatæ. Sunt autem istæ 1. Prometheus uinctus. 2. Septem ad Thebas. 3. Persæ. 4. Agamemnon. 5. Eumenides. 6. Supplices.

Æsopus philosophus, Phryx genere, conditione seruus tempore Crœsi Lydorum regis uixisse creditur. Quamuis sint qui nullum unquã talẽ fuisse Æsopum perhibeant. Eius uita luculenter descripta à Planude, monacho Constantinopolitano, qui ab hinc annos ferè centum & quinquaginta floruit. Eidem quidam etiam fabulas Æsopicas uel conscriptas uel hinc inde collectas attribuũt. Fuit etiam alius Æsopus, qui de laudibus Mithridatis regis Ponti, & Helenæ scripsit, ut docet Suidas. Et itẽ alius tragœdus, Ciceronis amicus, qui ad maximas opes ex histrionica peruenit, adeò ut filiũ reliquerit diuitem simul & prodigum, qui uniones aceto liquefactos cœnis apponeret, ut est apud Plinium.

Agathon, poeta fuit qui comœdias & tragœdias scripsit, quæ omnes interciderunt.

Alcæus, poeta fuit lyricus, cuius scripta periere omnia usq; ad paucas sententias, quæ à ueteribus citatæ leguntur. Fuerunt etiam alij Alcæi poetæ scenici, & epigrammatographi, de quorum omnium scriptis nihil extat.

Alexis Thurius, poeta fuit comicus, Menandri comici patruus. Is comœdias multas scripsit quæ interciderunt. Vixit usq; ad extremã senectam, teste Stobæo. Itaq; cum senex admodũ rogaretur quid ageret: respõdit, Paulatim morior.

Amplus, poeta comicus fuit Atheniensis, qui uixit tempore Platonis, quẽ & carminibus perstrinxit, teste Laërtio.

Anacharsis Scytha, philosophus, Caduidæ Scytharum regis frater fuit, & uixit tẽpore Crœsi Lydorũ regis, & Solonis. Ibat nudis pedibus, dormiebat in terra, & famem pro pulmento habebat, contemptor omnis fastus. Vide plura de

eius

eius uita & apophthegmatis apud Laërtium. Eius aliquot græcas epistolas Aldus expressit cum alijs græcis epistolis.

Anacreon, lyricus poëta, autore Strabone, Teius fuit, ex urbe Teo, in media Ionia. Tota eius poesis amatoria fuit, teste Cicerone & Ouidio. Vixit Olympiade 62. ut Suidas refert, quo tempore Sami fœlicē tyrannidem exercuit Polycrates, à quo & ipse Anacreon, cum plurimum eum Polycrates amaret, quinq; talentis donatus fuit, quæ deinde restituit Policrati, propterea quod propter ea duas noctes insomnes transmisisset, dicens, οὐ τιμᾶσθαι αὐτὰ τῆς φροντίδος, ut referunt scriptores græci. Scripsit uerò præter hymnos Anacreon, Elegias & Iambos, lingua Ionica. Idem & Mela quæ Acreontica dicta sunt, quæ suauia & iucunda fuisse innuit Gellius, & testātur id breues illæ reliquiæ, quæ in Gallia exierūt in publicum. Scripsit etiam satyram Circen, item & Penelopē in uno Vlysse laborātes, obijt annos quinque & nonaginta natus, acino uuæ passæ strāgulatus, ut Plinius & Valerius tradūt. Anacreōtis Teij odæ aliquot græcè æditæ sunt Parisiis, anno 54. chartis 15. in 4. ab Hērico Stephano, Roberti Steph. filio, qui & græcè in eas præfatur.

Anaximenes, Lampsacenus orator, discipulus Diogenis Cynici, præceptor Alexandri Magni, eiusq; comes in expeditionibus, ut scribit Suidas. Hic cū mitteretur quondam orator ad Alexandrū, iratū Lampsacenis, iurauit Alexander, nihil se facturū quod peteret. At ille rogauit, ut Lāpsacū diriperet, autore Pausania. Scripsit historias quasdā & regum μεταλλαγὰς, teste Athenæo.

Anaxandrides, poeta comicus fuit ex insula Rhodo oriundus. Fabulas scripsisse dicitur 65. Ab Atheniensibus fame atq; inedia mori coactus est, quod eos optimas quidē leges habere, malis uerò uti dixisset, quemadmodum meminit Ouidius in carmine in Ibin scripto.

Antiphanes, poeta comicus fuit, qui innumerabiles propè scripsit comœdias. Quidam 365. alij 290. fuisse prodiderunt. Mortuus est annos natus 74. Fuerunt autem eo nomine multi poetæ, quemadmodum meminit Gyraldus.

Antiphon, poeta fuit & orator insignis Atheniensis, qui cũ Dionysio Tyranno tragœdias scripsisse perhibetur. Extant eius adhuc aliquæ oratiões ab Aldo Venetijs impressæ in magno opere Græcarum orationum. De eius uita, plura uide apud Suidam, Plutarchum & Philostratum in Antiphone. Fuerunt etiam alij poetæ eo nomine.

Antipater, poeta fuit Sidonius, qui uersus ex tempore faciebat: Ciceronis & Quintiliani testimonio. Is omnibus annis uno tantum natali suo die febri corripi solitus est, & eodem deniq; die consumptus est in ultima ætate: Plinio & Valerio autoribus.

Antisthenes Atheniensis, philosophus fuit Socraticus. Ipsius scripta tomis decẽ cõprehensa fuerũt, de quo deniq;, dictis, & uita eius, uide plura apud Diogenem.

Apelles Cous, pictor fuit insignis, qui facilè omnes superauit, æditis etiam uoluminibus quæ eam doctrinam cõtinerẽt. Ab eo solo Alexãder Magnus pingi uoluit, teste Plinio.

Apollonius. Apollonij fuerũt multi, unus Rhodius, poeta, eius Argonautica græcè adhuc hodie extant. Stobæus citat quoq; Apollonium Iuncum cognomine, & itẽ alterum Apollonium Tyanæum, cuius aliquot aliquoties citat sententias. Eius epistolas Aldus impreßit, in magno uariarum epistolarum uolumine. Is Apollonius, philosophus Pythagoricus, è Tyana fuit ciuitate græca, in finibus Cappadociæ. De eo Diuus Hieronymus in epistola ad Paulinũ presbyterum sic meminit: Apollonius siue ille magus (ut uulgus loquitur) siue philosophus, ut Pythagorici tradunt, intrauit

Persas, pertrãsiuit Caucasum, Albanos, Scythas, Massagetas opulentißima Indiæ regna penetrauit: & ad extremum, latißimo Phison amne transmisso, peruenit ad Brachmanas, ut Hiarchã in throno sedentem aureo, & de Tantali fonte potantem, inter paucos discipulos, de natura, de motibus syderum, ac dierum cursu, audiret docentem. Inde per Elamytas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palæstinos: reuersus Alexandriam, perrexit Æthiopiam, ut Gymnosophistas, & famosißimã Solis mensam uideret in sabulo. Inuenit ille uir ubiq; quod disceret, & semper proficiẽs, semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenißime octo uoluminib. Philostratus. Eius uitam, dicta factáq;, Philostratus descripsit lib. 8. copiosißimè, qui adhuc extant Græcè & Latinè. Eius compendium quoddã habetur apud Volaterranum, in Anthropologia. Scripsit eiusdem quoq; uitam breuibus, Tritenhemius in epistolis.

Apollodori uersus Iambicos sæpe citat Stobæus. Fuit etiam Apollodorus, seu alius, seu idem cum isto, comicus Atheniensis, qui eodem tempore, quo Menander floruit: & alius etiam cuius Bibliotheca, opus græcum adhuc extat in Italia.

Apollonidæ senarios citat Stobæus, & habẽtur etiã Apollonidæ cuiusdam græca Epigrammata uiginti tria, in magno uolumine græcorũ Epigrammatum, quæ Frobenius Basileæ edidit cum commentarijs.

Æschynes, rhetor fuit Atheniensis, eius uitã Plutarchus & Philostratus scripserũt, Volaterranus quoq;, qui eam inde transtulit in Anthropologia. Epistolas aliquot eius optima disciplina refertas, Aldus olim Venetijs impreßit græcè, cum plurimis aliorum autorum Epistolis in 4. Idem orationes aliquot eius græcas excudit, cum alijs duodecim rhetorum grecis orationibus, in folio.

Arcesilas, seu Arcesilaus, philosophus fuit ex Pitane Aeolicæ ciuitate oriundus. Is Homeri scriptorũ tam fuit studiosus, ut semper ante somnum, eius aliquid legeret, manè quoq; cùm surgeret, dicens, Se ad amasium suum pergere. Pindarum etiam poetam lyricum fecit maximi. Obijt cũ merum bibisset immodicè. Diogenes.

Architas Tarentinus, philosophus pythagoricus, qui Rempub. Tarentinorum rexit, exercitus ductando, nec unquam superatus est, ut ait Aristoxenus. Discipulos habuit præclaros, & multa uolumina conscripsit, teste Suida. Fuit etiam alius, musicus Mytilenæus, & alter poeta epigrammatum, autore Diogene.

Archilochus, poeta fuit lyricus, ex Paro insula oriundus, poeta nobilis & generosus, qui sententias ualidas habuit & uibrantes, plurimumq; sanguinis & neruorũ, sed maledicus etiã, & obscœnus, qui & ea de mulieribus scripsit, quæ nemo frugi ac sobrius audiat. Lycamben socerum, à quo delusus fuerat, adeo acerbè insectatus est carmine, ut socerũ, unà cum tribus filiabus ad laqueum compulerit, uide plura apud Gyraldum.

Aristarchus, poeta tragicus fuit, Tegeates, qui ijsdem pro pe temporib. quib. Euripides, uixit. Docuit fabulas 70. & uixit annos supra centum. Fuit & alius Aristarchus grammaticus Samothrax, temporibus Ptolemæi Philometoris regis Ægypti. Commentariorum libros scripsit supra octingentos, Homericos uersus in ordinem redegit, & illustrauit teste Æliano in uaria historia. Hunc μάντιν, id est, uatẽ, appellauit Panætius philosophus Rhodius, quod, ut scribit Athenæus, poematũ sensus quasi diuinaret. Anno ætatis 72. diem obijsse dicitur.

Ariston, philosophus, Chius fuit, cuius meminit Cicero in Senectute & Finibus. Seneca quoq; in epistolis, & Laertius in

in Menedemi uita & Zenone. Fuit etiam alius eodem nomine, etiam Chius, tragicus, de quo uide Gyraldum.

Aristoxenus, philosophus pythagoricus, & medicus nobilissimus, scripsit in omni genere libros, in musica præsertim. Suidas.

Aristonymus, poeta comicus. Eius fabulas citat Athenæus, & inter illas ἥλιον ῥιγῶντα Solē rigentē, celebrat. Apud Stobæū quæ sub Aristonymi nomine citātur, omnia prosa sunt. Sunt itaq; illa, uel alterius Aristonymi de quo tamē nihil inueni apud autores, uel etiam huius poetæ qui ualde multa scripsisse perhibetur à Suida, cum inquit συγγράμματα δ' αὐτοῦ πανὺ πολλά. Præfuit Bibliothecæ Alexandrinæ, in qua fuerūt septingenta uoluminū millia, quæ omnino perierūt primo bello Alexandrino, ut scribit Gellius lib. 6. cap. 17.

Aristophanes, Atheniensis poëta comicus fuit, ingenio ad omnia facili ac prompto, per excellētiam Comœdiæ poeta ab ipso etiā magno Persarū rege cognominatus. In eo sunt omnia linguæ Atticæ ornamēta. Theodorus Gaza uir undecunq; doctissimus, interrogatus qui ex græcis autoribus assiduè legēdus foret, græcas literas discere uolentibus. Respōdit, solus Aristophanes, quod esset sanè quam acutus, copiosus, doctus & merus Atticus. Hunc item Ioannes Chrysostomus tanti fecisse dicitur, ut duodetriginta comœdias Aristophanis semper haberet in manibus, adeò ut pro puluillo dormiens uteretur. Hinc itaq; & eloquentiam & seueritatem quibus est mirabilis, didicisse dicitur. Ego sic aßiduè legendū à græcis censeo Aristophanē, ut à nostris Terentiū, quem quod semper legeret M. Tullius, familiarem suum appellabat. Hæc Aldus Manutius in præfatione Aristophanis Venetijs impreßi. Quot uerò fabulas docuerit, incertum habetur, ut de plerisq; alijs. quidā enim 54. alij 44. dixerunt. De ijs extāt adhuc undecim, & sunt Plutus, Nebulæ, Ranæ,

Equites, Acharnes, Vespæ, Aues, Pax, θεσμοφοριάζουσαι, id est Cereris sacra celebrātes: & Lysistrate, impreßi Venetijs ab Aldo, in folio. Florentiæ in 8. Parisijs in 4. Et Basileæ in folio cum commentarijs, et rursum ibidem in 8. sine scholijs.

Aristoteles Stagirita, Nicomachi medici filius, ex Aesculapij genere, Alexandri Magni præceptor, Platonis auditor, Peripateticæ sectæ autor, methodi summus artifex, princeps ac ueluti Deus philosophorū, flumen aureum à M. Tullio dictus, uir in omni humanæ sapientiæ doctrinæq; genere incōparabilis, quauis deniq; hominis laude superior, multos & necessarios libros scripsit, quorū quāuis plurimi temporis iniuria perierint, tamen maior & melior pars adhuc extat, quæ græcè Basileæ, deinde & latinè ibidem, in tres tomos distributa exierūt. Eius uitam, præter Diogenem Laërtium, descripsit Ioannes Philoponus, Suidas, ueteres græci, & recētiores, Guarinus Veronēsis, Erasmus Roterodamus, Ioānes Ludouicus Viues, Angelus Politianus, Raphael Volaterranus, Leonardus Aretinus, Hieronymus Gemusæus, Philippus Melāchthon, Franciscus Caballus, & alij quidā.

Libri eius extantes hi sunt. In primo tomo sunt,

Porphyrij Eisagoge, seu communium quinque uocum liber.

Aristotelis Categoriæ, seu prædicamenta.

Peri Hermenias, siue de interpretatione, libri 2.

Analyticôn proteron, seu Resolutoriorum primorum, libri 2.

Analyticôn hysteron, seu Resolutoriorum postremorum libri 2.

Topicorum libri 8.

Elenchorum, seu de sophisticis redargutionibus, libri 2.

In se-

In secundo tomo sunt,

In tertio tomo sunt,

De poetica, liber unus.
Metaphysicorum, libri 14.
De mundo ad Alexandrum regem, liber unus.
Quæstiones mechanicæ.
De lineis insecabilibus.
De coloribus, liber unus.
De physiognomicis, liber unus.
De mirabilibus auscultationibus.
De plantis, libri 2.

Enarratores & commentatores Aristotelis.

Enarrauerunt Aristotelem plurimi & illustres autores, inter quos græci, Themistius Philoponus, Alexãder Aphrodisius, Simplicius Porphyrius Christianorũ hostis, Olympiodorus Alexandrinus, Magentius Eustratius, Ioannes Damascenus, Theodorus Logothetes, Michael Psellus, Nicephoras Gregoras. Ex nostris, Boëtius, Thomas de Aquino, Albertus Magnus, Burleus, Ægydius. Ex barbaris, Auerrois, Auempace, Auicenna. Excessit annorũ 63 eodẽ quo Demosthenes anno, ambo profugi, persequente Antipatro. Volaterranus in Aristotele.

Astydamas, Atheniensis, tragœdiarum poeta fuit, quemadmodum auus & pater, & suus deinde filius. Fabulas docuit ducentas & quadraginta, quæ interciderunt omnes. Suidas.

Athenæus Naucratita, grammaticus, M. Antonini Cæsaris tempore floruit, teste Suida. Is libros quindecim cõscripsit dipnosophistarũ, id est, argutè sciteq; in conuiuio disserentiũ, opus uarium & eruditum, ut Plinius ferè alter græcus dici possit. Insunt enim huic uolumini pisces & eorum usus, & nominum explicationes, & olerum genera uaria, & animalium omnifariorum, & autores à quibus scriptæ

sunt

ſunt hiſtoricæ, & poetæ, deniq; doctiſſimi quiq;. His adde inſtrumenta muſica, dicteriorum genera infinita, pocula diuerſa, diuitias regum, nauium magnitudines, & alia multa quibus enarrandis dies non ſuffecerit. Vnde permulti uiri docti, ex his Athenæi libris, ueluti theſauro opulentiſſimo, Corollaria, Rerū urbanarum commentarios, Dialogos in Pauſaniā, Lectiones antiquas, Varias hiſtorias, Ælianos ſuos, et quicquid ferè ſpetioſorum titulorum extat, magna ex parte locupletauerunt. Sunt autem hi libri 15. græcè impreſſi in folio Baſileæ. Extant eius autoris præterea Paraphraſis in Alexipharmaca Nicandri græca. Item περὶ μηχανημάτων, Venetijs in bibliotheca nobiliſſimi uiri Cæſareæ maieſtatis legati D. Dregi Hurtadi à Mendozza. Et iterum eiuſdem ingens uolumen de Armaturis, græcè extat apud clariſſimum Baronem Sigiſmundum à Dieterichſtein Styrū. Scripſit idem autor hiſtoriā de regibus Syriæ, cuius ipſe meminit lib. 5. δειπνοσοφιστῶν, ubi Alexandri Magni conuiuium deſcribitur, quæ perijt, quemadmodum fortè eiuſdem aliquot alia interciderunt.

Athenodorus, Athenienſis philoſophus Stoicus, præceptor Dionyſii Areopagitæ, cōpoſuit opus quod Διαφορὰ inſcripſit. Suidas.

B

BAchylides, poeta fuit lyricus, Cous patria, fratris Simonidis filius. Eius uerſus allegat Athenæus, Clemens item Alexandrinus in στρώμασι. Et Stobæus aliquoties.

Bathonis uerſus ſemel citantur à Stobæo.

Bion. Biones fuerunt multi, Bion tragicus Æſchyli tragici filius, poeta dicaciſſimus. Et Bion poeta lyricus. Et Bion unus inter ſeptem Græciæ ſapientes habitus. Et iterū poeta bucolicus, cuius uerſus à Stobæo allegantur, qui patria fuit Smyrnæus.

Bion, philosophus & sophista fuit mordacissimus, tanta dicacitate, ut nec Homero poetarum diuinissimo regi pepercerit. Vide plura apud Laërtium & Suidã. Eius aliquot sententiæ extant apud Stobæum.

Bias Prienæus unus è septem sapientibus, fertur in causis orandis acutissimus fuisse, uir totus regius. Cùm patriam captam fugeret, nihilq; uti cæteri exportaret, roganti causam, illud uulgatum apud Ciceronẽ respondit, Omnia mea mecum porto. Vitam eius scribit Diogenes Laërtius.

Besclecllis rhetoris sententias citat Stobæus.

C

CAllicratides, Callicratidæ Pythagorici Laconis librum de familiarium felicitate, citat Stobæus.

Callimachus poeta, ex urbe notissima Cyrene oriundus, cõposuit uolumina plus quàm octingẽta, Satyricas fabulas, tragœdias, comœdias, & alia multa, quæ omnia temporis iniuria perierunt, usq; ad sex hymnos græcè Basileæ expressos cum commentarijs in 4. Sunt autem hymni qui extan, in Iouem, in Apollinem, in Dianam, in Delum, in lauacrum Palladis, in Cererem, scripti. Leguntur etiam 22. eius Epigrammata, in magno Epigrammatum uolumine, quod Maximus Planudes, monachus Constantinopolitanus congessit.

Callinus, elegiarum poeta fuit, qui scripsit Cimmeriorũ aduersus Elionenses impetum, totamq; eius belli historiam. Totam præterea Smynthij Apollinis fabulam, teste Strabone. Leguntur duo eius ἐλέγεια in primo libro græcorum Epigrammatum.

Carcinus. Carcini tres fuerunt, primus Agrigentinus, tragicus. Alter uerò Atheniensis, etiam tragicus, qui centum et sexaginta fabulas docuit. Hunc Aristophanes & eius filios uarijs epithetis, quæ ipsi attribuit, maledictis incessit in comœdia

mœdia quæ εἰρήνη, id est pax inscribitur, & adhuc extat. Et tertius Naupactius, qui carmina, quæ à græcis frequentissimè Naupactia, sine autoris nomine afferuntur, cõposuisse dicitur. Pausanias in Phocaicis.

Cato Maior. Catones, id est, Cati & Sapientes, ex cognomine dicti. Duo maximè apud autores celebrantur, Marcus Portius, Cato Maior cognominatus, uir absolutissimæ uitæ, uitiorum insectator acerrimus, accusatus quadragiesquater, toties etiam absolutus. Viribus integer fuit usque ad extremam senectam, unde etiam tam grandis Græcas literas ab Ennio poeta didicit, cum prætor Sardiniã subegisset. Extant adhuc eius fragmenta ex libris Originum de gentibus Italiæ, Basileæ impressa, & oratio de lege Oppia contra L. Valeriũ Parisiis excussa. Alter uerò, Cato Minor, huius senioris non filius, sed nepos fuit, cognomine Vticensis, qui disciplina Stoica auum referebat. Eum Cicero in libris de finibus, helluonem librorũ appellat, quod in eo magna ac inexhausta legendi cupiditas esset. Is post pugnam Pharsalicam, in qua Pompeius, cuius partibus adhærebat, à Cæsare uictus erat, profectus Vticam odio Cæsaris, cùm prius Phædonem Platonis legisset de animæ immortalitate, gladio suo incubuit. De utroq; Catone multa leguntur apud Plutarchum, Plinium, Gellium & Ciceronem.

Cercidas. Cercidæ uersus semel citat Stobæus.

Chares. Huius autoris uersus citãtur à Stobæo. Fuit etiã Chares quidam Mitylenæus, qui scripsit historiam rerum Alexandri, quam sæpissimè allegat Athenæus.

Chæremon, poeta fuit comicus, Socratis discipulus, qui multas scripsit comœdias. Athenæus citat eius Hippocentaurum, in qua mixtam omni metrorum genere rhapsodiã fecit, teste Aristotele.

Chilon Lacedæmonius, unus è numero septem sapien-

tum fuit, perijt gaudio cum in Olympijs uictorē uideret coronari filium. Vitam eius scribit Laertius.

Chrysippus, philosophus Stoicorum cum Zenone princeps, in dialectica clarißimus fuit, ita ut non illepidè dicerēt quidam, si apud deos dialectica haberetur, non temerè alia esset, quàm quæ à Chrysippo inuenta fuit. Volumina scripsit septingēta quinq;, de quibus præter paucas aliquot sententias ab autoribus citatas nihil extat. Vide de eo apud Laertium in Chrysippo.

Cleanthes, philosophus, Cratetis Cynici discipulus fuit. Is cum ualde pauper esset, mercenariam uitam agebat. Nam cum non haberet unde se aleret, noctu quidem in hortis aquam hauriebat, per diē uerò in sermonibus exercitabatur, eàq; fuit in tolerādis laboribus alacritate, ut alter Hercules dictus sit. Ea quæ à Zenone philosopho audierat, oßibus boum & testis fictilibus inscripsit, cum pecunia non suppeteret ad emēdas chartas. Sub Cleanthis nomine apud Stobæū citantur uersus & sentētiæ. Vide plura apud Diogenem.

Clemens, Alexandrinæ ecclesiæ presbyter, Alexandriæ scholā tenuit, & κατηχήσεων magister fuit. Eius adhuc extant insignia aliquot uolumina, plena eruditionis & eloquētiæ tam de scripturis diuinis, quàm de secularis literaturæ instrumento: è quibus sunt, liber adhortatorius contra gentes, Pædagogi lib. 3. Et lib. 8 στρωμάτων id est uanitatū, ubi diuersa dogmata, græca, barbara latinaq; commiscet. Arguit hæreticos & historiam uariam connectit, Græce Florentiæ impreßi in folio. Cætera quæ Hieronymus commemorat, non extant.

Cleobulus Lyndius, unus è numero septem sapientū, corporis uiribus ac forma fuit eximius, & scripsit carmina obscura, sententiasq; ad tria millia uersuū. Filiam etiam habuit Cleobulen seu Cheobulinam, quæ Griphos & Ænigmata

scripsit

scripsit, quemadmodum testatur cũ Plutarcho Laertius.

Clitomachi uersus citat Stobæus. Fuit autem Clitomachus philosophus Carthaginensis, qui 40 uolumina scripsit quæ perierunt Fuit etiam alter hoc nomine Athleta eximiæ pudicitiæ De utroq; scribit Suidas.

Crates, Atheniensis poeta comicus. Fuit etiam alter tragicus, & Thebanus, Cynicæ sectæ studiosus, & philosophus de quo multa apud Diogenem & Suidam. Eius Epistolæ Græcè apud Aldum Venetijs impressæ sunt. Fuit etiam alius epigrammatographus, & item alius in lyrica facultate uenustißimus. Et rursum Mallotes, à Mallo Ciliciæ ciuitate, Homericus & Criticus cognominatus, qui eo tempore uixit quo Ptolemæus Philometer rex Ægypti, & Attalus & Aristarchus. Etiam in ordinem redegisse ac correxisse Homeri Iliada & Odyssæam scribit Suidas.

Critias poeta fuit. Eius senarios tres citat Stobæus Athenæus, Lacedæmoniorum Rempublicam à Critia scriptam allegat bis, lib. undecimo, & alibi Critiæ Callysthei elegias.

D

Damippus, seu Crito, philosophus fuit Pythagoricus, ex cuius libro de prudentia & fortuna quædam adducuntur apud Stobæum.

Democritus Abderites, pythagoræ imitator, autore Laertio, patrem habuit diuitem, in tantũ, ut Xerxis exercitui epulum hospitaliter dederit. Is Democritus hæreditatem suam in pecuniam redactam, breui tempore peregrinando & doctos audiendo homines, absumpsit. Nam primùm ad Ægypti sacerdotes contendit: inde rubro mari emenso à Chaldæis ad gymnosophistas in Indiam penetrauit: postremò Athenas ad Socratem redijt. Hic quocunq; fortunæ casu, & mutabilium rerum auditu, in risum soluebatur, sicut Hecraclitus in fletum. In philosophia adeò profecit, ut Pen-

tathles

tathles siue quinquercio, id est, quinq; certaminũ diceretur. Nam naturalia, moralia, mathematica, liberales disciplinas, artiumq; omnium peritiam callebat, oculos sibi eruit, ut naturæ secreta sublimius rimaretur, autore Cicerone quinto Tusculan. Moritur natus annos 109.

Demosthenes, orator fuit Atheniẽsis clarissimus, patre cultellario natus, Platonis discipulus. Is cum multitudinẽ ac tumultũ expauesceret, ac mẽte excideret, prope littoris marini sonitũ dicere adsuescebat, teste Quintiliano. Et ut scribit Demetrius Phalereus, locum subterraneum elegit, ubi totos dies meditans delitescebat, raso quoq; & deformato capite, ut omnem sibi exeundi occasionem præriperet. Literam r difficulter enunciabat, quã calculis in os coniectis & locum accliuem scandendo pronunciare conabatur: ut ore postea soluto, faciliore uia uerba decurrerent, nunquã nisi præmeditatus dicebat, ad speculum etiam amplũ consistens, gestus corporis & uerba oris sui formabat. Perijt hausto ueneno, ne in manus hostium suorũ ueniret, quemadmodum etiam Aristoteles, Hannibal, & aliquot ueterum alij. Eius orationes græcas 62. primò Aldus excudit Venetijs in paruo folio cum argumentis Libanij, & uita autoris per Libanium & Plutarchum, anno 1504. Deinde iterum Basileæ Heruagius in folio, cum Vlpiani commentarijs, iuxta textum ubiq; distributis. Accesserunt etiam annotationes Oporini. Et rursum ibidẽ apud eundem in 8. duobus tomis. Eas omnes reddidit Hieronymus Wolfius impressas primò ab Oporino in folio, anno 49. & iterum anno 55. in 8. quatuor tomis. Sunt autem orationes istæ,

Prima pars continet orationes publicas suasorij generis, quarum nomina hæc sunt,

1 Olynthiaca prima.
2 Olynthiaca secunda.

3 *Olynthiaca tertia.*
4 *Philippica prima.*
5 *De pace.*
6 *Philippica secunda.*
7 *De Haloneso.*
8 *De Chersoneso.*
9 *Philippica tertia.*
10 *Philippica quarta.*
11 *Literæ Philippi.*
12 *Ad Philippi epistolam.*
13 *De republica ordinanda.*
14 *De claßibus.*
15 *De libertate Rhodiorum.*
16 *Pro Megalopolitis.*
17 *De fœdere Alexandreo.*
18 *Dinarchi oratio contra Demosthenem.*
19 *Demosthenis epistolæ 6. quæ Dinarchi calumnijs quodam modo respondent.*
20 *Aeschinis epistolæ 11. quas ob similem ferè utriusq; oratoris casum, adijciendas censuimus.*
21 *Exordia concionum 65.*
22 *Oratio funebris.*
23 *Oratio amatoria.*
24 *Vita Demosthenis. 1. ex Libano. 2. ex Plutarcho. 3. Item ex eodem. 4. Luciani laudatio. 5. ex Suida trifariam. 6. Vita Aeschinis sex modis descripta & sequentibus.*
25 *Hieronymi Wolfij gnomologiæ & annotationum Demosthenicarum specimen.*
26 *Eiusdem epistolæ & epigrammata quædam, partim græca, partim latina.*
27 *Abrahami Zœscheri carmen in commendationem Demosthenis.*

Secunda pars habet orationes Æschinis & Demosthenis aduersarias, quæ sunt.

1 *Æschinis oratio contra* Timarchum.
2 Demosthenis *oratio de falsa legatione.*
3 *Æschinis oratio de falsa legatione.*
4 *Eiusdem oratio contra* Ctesiphontem, *de corona.*
5 Demosthenis *oratio de corona, pro* Ctesiphonte.

Tertia pars, qua orationes forẽses publicæ cõtinẽtur.

1 *Oratio aduersus* Leptinem, *de immunitatibus.*
2 *Contra* Midiam, *de alapa.*
3 *In* Androtionem.
4 *Contra* Aristocratem.
5 *Aduersus* Timocratem.
6 *In* Aristogitonem, *prior.*
7 *In* Aristogitonem, *altera.*
8 *Delatio contra* Theocrinem.
9 *In* Neæram.
10 *Appellatio contra* Eubulidem.

Quarta parte, orationes forenses priuatorum contractuum triginta habentur, hoc ordine.

1 *De tutela, in* Aphobum, *prior.*
2 *In* Aphobum *altera.*
3 *In eundem de falso testimonio, tertia.*
4 *Aduersus* Onetorem, *unde ui, prior.*
5 *Aduersus eundem, posterior.*

Exceptiones.

6 *Exceptio aduersus* Zenothemidem.
7 *Aduersus* Apaturium.
8 *Aduersus* Phormionem, *de mututo data pecunia.*
9 *Aduersus* Lacriti *exceptionem.*
10 *Exceptio pro* Phormione.
11 *In* Stephanum, *testem, oratio prior.*

12 In Stephanum, testem, posterior.
13 Exceptio aduersus Pantænetum.
14 Aduersus Nausimachum et Xenopithem.
15 Aduersus Bœotum, de nomine.
16 In eundem, de dote materna.
17 Aduersus Spudiam, pro dote.
18 Aduersus Phœnippum, de permutatione facultatum.
19 Aduersus Macartatum, de Hagniana hæreditate.
20 Aduersus Leocharem, de hæreditate.
21 In Euergum et Mnesibulum, testes.
22 In Olympiodorum, dati damni.
23 Contra Timotheum, de ære alieno.
24 Aduersus Polyclem, de naualis præfecturæ sumptibus.
25 De corona præfecturæ naualis.
26 Aduersus Callippum.
27 Aduersus Nicostratum, de descriptione mancipiorum Arethusij.
28 In Cononem, actio iniuriarum, ob uerbera.
29 Aduersus Calliclem, de prædio.
30 Contra Dionysodorum, dati damni.

Ex præfatione Erasmi.

Vt puerilibus ingenijs Romanæ linguæ non statim accõmodus est M. Tullius, qui Fabio iudice, nulli ualde placet, nisi qui iam ualde profecerit: ita græcarum literarum peritiam ambientibus non arbitror admodum conuenire Demosthenẽ, qui plus artis habet in recessu, quàm prima fronte præseferat. Hic enim quod honorifico ioco dixit Demades, scripsit ad aquam, nec nisi à sobrijs ac uigilantibus potest intelligi. Proinde quod de M. Tullio scripsit Q. Fabius, pari iure de Demosthene dici potest: Is se sciat in arte dicendi profecisse, cui Demosthenes ualde placere cœperit. Deinde commendat eius τὸ δεινὸν, quod facundißimi quiq; (in

quit) semper in eo mirati sunt, illam uerè Atticam uenerem, illud excussum iudicium, illa summo artificio contorta enthymemata, postremò uim illã, omnibus admirabilem, uix ulli imitabilem. &c.

Diogenes Cynicus Sinopensis, philosophus fuit famosissimus, ἐφημέριος uulgò appellatus, id est, diarij uictus: quod in præsentem horam posceret à quolibet, & acciperet uictũ. Et habitauit in portarum uestibulis, & porticibus ciuitatũ. Obijt ferme nonagenarius. De huius philosophi mirabilis uita, moribus, dictis ac factis, plura uide apud Laërtiũ, Dionem etiam Chrysostomũ in aliquot prioribus orationibus. Huius aliquot epistolas Aldus excudit in magno uolumine græcarum epistolarum. Fuit etiam alius Diogenes, tragicus, cuius Semelen, tragœdiam citat Athenæus. Et item alius Diogenes Laërtius, qui philosophorum uitas scripsit, epigrammatographus, qui epigrammatum librum scripsit, ubi de sapientibus omnibus & doctrina præstantibus, omni genere metrorum loquitur, qui πάμμετρος ideo uocatur. Eius libri in uitis passim meminit.

Diodorus Sinopẽsis, inter comicos nõ ignobilis poëta fuit. Eius comœdias allegat Athenæus. Fuit etiam alius Alexandrinus, tragicus, teste Strabone, & alius Elaites, elegiarum poeta. Et item alius Siculus, qui historiarum libros 40. conscripsit, & titulum, Bibliothecam fecit. In eo historiarũ opere absoluendo, annos triginta terrarũ orbem peragrans consumpsit. Is scripsit etiam comœdias multas, teste Suida & Athenæo.

Dion. Diones multi fuerunt. Dion Cassius, patria Nicæus historicus, qui Romanam historiam libris 80. scripsit, autore Suida. De ijs libris extant adhuc 25. græcè impressi in folio Parisijs à Roberto Stephano. Dion Prusæus sophista et philosophus Chrysostomus cognomine. Is inter alia scripsit

psit orationes 80. quæ Venetijs Grecè excusæ sunt in 8. anno 1551. cartis 71. Fuerunt etiam alij quidã, quos relinquimus breuitatis causa.

Dionysius Siciliæ tyrannus, tragœdias, & comœdias, et alia quædã condidit. Is tyrannide eiectus, Corinthi ludum aperuit, de quo uide prouerb. διονύσιος ἐν κορίνθῳ.

Diotogenes, philosophus fuit pythagoricus, cuius fragmenta ex libro de regno citat Stobæus.

Diphilus poeta κωμικώτατος, καὶ γνωμικώτατος, ut à Clemente Alexandrino & Eusebio Pamphili uocatur. Sinopēsis fuit, & eadem ætate cum Menandro floruit, fabulasq; centum scripsit. Eius fabulas Plautus imitatus est. Obijt Smyrnæ.

E

ECdorus poeta fuit, cuius senarij quatuor extant apud Stobæum.

Ecphantes philosophus fuit pythagoricus. Eius quædã ex libro de regno citat Stobæus.

Empedocles Agrigentinus, philosophus, scripsit de rerũ natura carmine libros tres. Hymnos quoq; naturales. Tragœdias etiam. Xerxis Persarum regis transitum in Græciam. Is in ardentis montis Ætnæ prosilijt uoragines, ut Deus haberetur, ut ait Horatius: Deus immortalis haberi, Dũ cupit Empedocles, ardentem feruidus Ætnam, Insiluit. Fuit & alter Empedocles huius ex filia nepos, qui quatuor & uiginti tragœdias docuit. Vide de Empedocle plura apud Suidam et Laertium.

Epicharmus poeta fuit comicus, quem alij Syracusanum alij Megarensem, alij Coum quoq;, unde Comœdiã dictam putat Diomedes grammaticus, faciunt. Et creditur uixisse ante Persarũ tempora. Fabulas multas docuit, Suidas quinquaginta duas, Lytõ triginta quinq;, alij longè plures: adeò

ut Apollodorus eas in decem uolumina digesserit, ut in Plotini uita scribit Porphyrius. Hunc, Plautum imitatum esse uult Horatius. Moritur anno ætatis nonagesimo septimo. Filium habuit & ipsum comicum, Dinolochum nomine, qui ut pater, dorica lingua, fabulas quatuordecim condidit.

Epicurus philosophus fuit Atheniensis, à quo Epicurei dicti sunt. Deos & prouidentiam è uita tollebat. In libro de finibus, cuius quoq; Athenæus meminit, sic scribit: Non equidē nihil habeo, quod bonum intelligam, si saporum uoluptates, & quæ ex uenereis constant, & quæ auribus percipiuntur, quæq; ex formæ uenustate blādiuntur, oculis auferam. Timocrates etiam, in libris de lætitia, scribit his illū diebus singulis uomere solitum è nimijs delitijs solutum, corporeq; adeò miserabiliter affectum fuisse, ut multos annos consurgere nequiuerit, minam tamen quotidiè in cibos consumpsisse, ut ipse etiam Epicurus in epistola ab Leontiam meretricem scribit. Tandem calculo urinæ exitum impediente, moritur, cum annos uitæ septuaginta & duos impleuisset, ut scribit Hermachus in epistolis. Vide plura apud Diogenem, qui Epicuri uitā, dogmata, & scripta per totū librum decimum enarrat.

Eratosthenes Cyrenæus Callimachi discipulus, uariarū doctrinarum et disciplinarum studiosus, et eruditus fuit, ita ut eum secundum uel nouū Platonem, alij etiam Pantathlon uocauerint. Primus quoq; philologi nomē obtinuit. Scripsit uerò cùm multa in philosophia et astrologia, tum non pauca in poëtica et historia, et præterea de ijs quæ sunt in philosophia sectis. Reliquit et dialogos multos, et in grammaticis nonnulla. Peruenit ad annum ætatis octogesimum, consumptus inedia, cum oculorum aciem sibi imminutam iniquius ferret. Meminerunt eius pluribus, Suidas, Strabo,

bo, & Lucianus.

Eũenus poëta fuit Parius elegiographus, propter sapientiam celebris. Eius meminit Plato in Apologia Socratis. Vtitur quoq; eius uersibus, ut testimonijs Aristoteles, precipuè in ethicis ad Nicomachum, ubi hi duo uersus habentur:

φημὶ πολυχρόνιον μελέτην ἔμμεναι καὶ δὴ,
ταύτην ἀνθρώποισι τελευτῶσαν φύσιν εἶναι.

Euphron poëta fuit comicus: eius meminit Athenæus cum Stobæo.

Euripides poëta fuit tragicus Atheniensis ex parentibus pauperibus, ita ut mater uendendis oleribus uictum sibi quæsiuerit. Eum Aristoteles in poëtica τραγικώτατον nominat. Tragœdias fertur scripsisse nonaginta duas. Perijt discerptus à canibus Archelai regis Macedoniæ, à quo in summo precio et honore semper fuit habitus. Sunt alij, qui à mulieribus discerptum tradunt, quod mulierum osor esset eximius, unde notus est iocus Sophoclis: Nam cum nescio quis Sophocli dixisset, osorem mulierũ esse Euripidẽ, Respondit: at in tragœdijs, sed non in lecto: ut est apud Athenæum. Extant adhuc eius tragœdiæ octodecim græcè primum ab Aldo Venetijs, deinde Basileæ apud Heruagiũ in 8. impressæ. Sunt autem istæ. 1. Hecuba. 2. Orestes. 3. Phœnissæ. 4. Medea 5. Hyppolitus coronatus. 6. Alcestis. 7. Andromache. 8. Supplices. 9. Iphigenia in aulide. 10. Iphigenia in tauris. 11. Rhæsus. 12. Troades. 13. Bachæ. 14. Cyclops. 15. Heraclidæ. 16. Helena. 17. Ion. 18. Hercules furens. 19. nuper reperta Electra. et Basileæ ab Oporino impressa.

Cicero lib. 15. familiarium.

Euripidem quanti tu facias, nescio, ego ferè singulos eius uersus, singula testimonia puto.

Eusebij aliquot fuere. Eusebius Pamphili Cæsareæ Palestinæ Episcopus, qui scripsit de historia ecclesiastica

lib 10. De uita Constantini Magni lib. 5. De Præparatione euangelij lib. 15. De demonstratione euangelica lib. 10. χρονικὸν etiam. Aduersus hæresim Hierocli lib. 1. Omnia græcè edita Parisijs à Roberto Stephano. Fuit itē alter Eusebius, qui Ionica dialecto usus est, cuius aliquotiens testimonia allegat Stobæus.

G

GAius. Gaij cuiusdam aliquot testimonia citat Stobæus. Galenus, medicus fuit celeberrimus, Pergamæ natus, qui plurima non in medicina solùm, sed & in philosophia condidit, imo uerò in grammatica et rhetorica. Vixit annos 70. iuxta Suidam. Alij uerò Galenum uixisse tradunt annos 140. de quo uide Cælium Rhodiginum lib. 16. Antiquarum lectionum cap. 40. Eius opera omnia, quæ quidem reperiri hactenus potuerunt, Venetijs græcè primum excusa sunt in Aldi officina, deinde Basileæ anno 38. in magno folio, tomis quinq;, cartis 706. in officinis Cratādri Bebelij et Heruagij. Non solùm autem rei medicæ studiosis librorum Galeni lectio necessaria, uerum alijs quoq; philosophiæ et artium bonarum candidatis summopere conducibilis meritò existimari debet. Primum enim græco sermone loquitur admodū puro ac eleganti, ubiq; simplici, nusquā affectato: Et magnā uocabulorum supellectilem habet. Deinde ita copiosus est in dicendo, et sententijs affluit uberrimè, ut interim nullo sacietatis fastidio lectorem offendat, sed ubiq; progrediendi cupidū, rhetorico artificio demulceat, unde fit, ut plurimum ad eloquentiam momenti conferat, si quis familiarius in eo uersetur. Porro methodi exempla uaria nusquā nō reperias, & insuper etiā præcepta quædā, rara, & eximia, magisq; illustria, quàm apud ullum ex alijs scriptoribus inueniantur. Nihil obtrudit lectori quod non firmis rationibus demonstret, ac eius contrarium refutet,

ret. Ad philosophiam actiuam, quæ mores instituit, & animi affectibus moderatur, plurimi in eius libris loci hortantur: Ambitionẽ, & auaritiam præcipuè damnant. Iã quod attinet ad uariã rerũ cognitionem ac eruditionem multiplicem, quæ græcis philologia dicitur, eius amplissima in his libris materia extat: quibus cognitis ingenium acuitur, et quouis in loco, apud quosuis homines, de qualibet re, doctius & elegantius uulgo hominum disserendi occasio suppetit. Quantum igitur ad ingenij cultum pertinet, cuiq; studiorum generi non mediocrem utilitatẽ Galenus conferet. Conradus Gesnerus in Galeno.

Gregorius Nazianzenus Episcopus, præceptor Diui Hieronymi: Tantæ excellentiæ et autoritatis fuit, ut theologi nomen sit assecutus, & quod de Pythagora discipuli dicere soliti erant, αὐτὸς ἔφα, id est, ipse dixit, idem de Gregorio passim iactaretur, isq; alienus à recta religione putaretur, qui contra Gregorium auderet de fide loqui. Scripsit plurima cùm prosa tum carmine, de quibus græcè impressa Basileæ extant, quæ sequuntur.

1 Apologeticus, quo rationem reddit, cur in Pontũ propter presbyterij ordinationem aufugerit.

2 Oratio ad Nazianzenses, qui ipsum uocauerãt, at postquam uenisset, non comparebant.

3 Apologeticus ad patrem ad Nazianzenses, post fugæ reuersionem.

4 Oratio dicta in præsentia Gregorij, fratris Basilij, cùm ille post electionem præsideret.

5 Oratio præsente patre et Basilio Magno habita, cùm in Episcopum Azimorum esset electus.

6 Oratio, cùm à patre in consortium assumeretur.

7 Oratio qua se excusat, quod abstinuerit aliquandiu à functione ecclesiastica.

8 Oratio in funere fratris sui Cæsarij dicta.
9 Oratio in funere Gorgoniæ sororis.
10 Oratio consolatoria, cum pater ipsius episcopus taceret ob grandinis calamitatem.
11 Oratio in funere patris, præsente Basilio Magno habita
12 Oratio funebris, in laudem Basilij Magni.
13 Oratio funebris in Athanasiũ, Alexandriæ Episcopũ.
14 Oratio in Cyprianum.
15 De pace, siue reconciliatione monachorum, oratio.
16 De pace, oratio 2.
17 De pace, Sermo 3 ad Amphilochium.
18 Oratio ad subditos timore perculsos.
19 De cura pauperum, siue de paupertate fouenda.
20 De statu Episcopali & dogmate, oratio instructiua.
21 In Machabæos.
22 De modestia in disputationibus seruanda.
23 Ad Heronem philosophum, ab exilio regressum.
24 Ad eos qui in classe ex Ægypto uenerant.
25 Aduersus Arianos, & de seipso.
26 De seipso, contra eos, qui ipsum cathedram Constantinopolitanam, affectare uulgauerant.
27 De his quæ contra Maximum gesta fuerant, cum reuerteretur ex agro.
28 Oratio in præsentia Episcoporum 150 habita.
29 De electione Doarensium.
30 Ad uirginem exhortatoria.
31 In dictum euangelij.
32 Ad Euagrium, de Deitate.
33 Ad Nectarium Episcopum Constantinopolitanum.
34 Contra Eunomianos.
35 De Theologia.
36 De filio, 1.

37 De filio. 2.
38 De spiritu sancto.
39. In Theopariam, seu natalem saluatoris nostri.
40 In festum Epiphaniæ.
41 In sanctum Lauacrum.
42 De Paschate, et ignoscenda obsequendi tarditate.
43 In sanctum Pascha.
44 De Penthecoste.
45 De noua Dominica, et tempore uerno, ac martyre Mamacite.
46 Annotatio in Ezechielem.
47 Metaphrasis in Ecclesiasten.
48 In Iulianum apostatam inuectiua
49 In eundem 2.
50 Ad Clidonium epistola 1.
51 Ad Clidonium epistola 2.
52 De fide, tractatus.
53 De fide Nicena.
54 Epistolæ D. Gregorij Nazianzeni numero 80.
55 Carmina euisdem diuersa, ad benè beateq; uiuendum utilißima.
56 Tragœdia, Christus patiens.

Asseruantur etiam multa scripta alia græca huius autoris in Italiæ bibliothecis, præsertim Romæ, quæ fortè aliquandò adhuc, quemadmodum multi boni autores alij, prodibunt in publicum.

H

HEliodorus Æthiopicæ historiæ libros decem conscripsit, seruatos per Gregoriũ quendam militem ex clade Vngarica, qua serenißimi quondam regis Matthiæ Cornini in bibliotheca Budæ, quæ regni Pannonij caput est, ex omni

ex omni ſcriptorũ genere, ea in numeris græcis hebraicisq́; uoluminibus inſtructiſſima, quæ quidem ille capta iam Conſtantinopoli, euerſisq́; multis alijs ampliſsimis Græciæ urbibus, ex media Græcia inæſtimandis ſumptibus coëmerat, ſuperioribus annis à barbarie Aſiatica, per immanẽ Turcorũ impreſsionem uaſtata eſt. Eos libros edidit Vincentius Obſopæus, impreſſit uerò Baſileæ Heruagius in 4. Et deinde Oporinus etiam latinè in folio. De eo Obſopæus in præfatione inter cætera ſic ſcribit. Iurare audeo, ex græcis autoribus, de hiſtoricis loquor, antiquiorem et iucundiorem, neq; uerebor addere etiam doctiorem, nondũ in manus meas deueniſſe. Et iterũ, In hac hiſtoria omnium humanarũ affectuum abſolutiſsima quædam imago, et coniugatis, amoris ac fidei et conſtantiæ pulcherrimum exemplar eſt. Et iterum, De argumento quod et uarium eſt, et multiplex, nihil non polliceor, quod præter feſtiuã, et amœnam, et puram, et caſtam hiſtoriam, quam perpetua narratione exequitur multorum quoq; locorum ſitus, coſmographica ratione ſcitiſsimè depingit: non paucarum rerum cauſas, easq́; occultiſsimas eruit, et aperit: nonnullorum populorum ritus et mores eruditè deſcribit: plerorunq; fluminum, montiũ, lapidũ, herbarũ et regionũ naturas, Ægypti nimirum, et Æthiopiæ huic conterminæ, uulgò haud cognitas explicat: omnia pulcherrimis digreſſionibus, & amœniſsimis parergis & exornationibus ita miſcens et temperans, ut meritò uideatur præ cæteris Heliodori appellationẽ uſurpaſſe: adeò in toto opere nihil rude & impolitum reliquit, quod etiam delicatiſsimo lectori nauſeam afferre queat.

Hermodotus poeta fuit, cuius Iambos citat Stobæus. Is cũ Antigonũ, quodã carmine Solis filiũ nuncupaſſet, rex ita reſpondit: ὀ ταῦτά μοι σύνοιδεν ὁ λασανοφόρος, hoc eſt, de ijs neutiquã mecũ ſentit Laſanophorus. Meminit eius Plutarchus

in apophthegmatis, tū præcipuè etiā lib. de Iside & Osiride.

Hermolaus. Citat quædam eius Stobæus.

Heraclitus philosophus fuit Ephesius, ut tradit Suidas. Hic ille est qui quoties domo egrediebatur flebat, sicut Democritus ridebat: alteri omnia quæ agimus, miseriæ, alteri ineptiæ uidebātur. Vide plura in eius uita apud Laertium. Impreßit eius sex epistolas Aldus Venetijs in magno uolumine græcarum epistolarum.

Herodes, poeta fuit Iambographus. Fuit & alius Herodes Atticus, cuius uitam copiosè scribit Philostratus in Sophistis.

Herodotus Halicarnaßæus genere clarus, & à Cicerone historiarum pater appellatus, scripsit græcè historiam 9. libris, quorum quilibet, Musæ nomine inscribitur. Cœpit à Cyro Persarum rege. Impreßi sunt græcè in folio Basileæ, una cum Gemisthi Plethonis de gestis Græcorum post pugnam ad Mantinæam: Latinè autē, Laurentio Valla interprete, similiter in folio Coloniæ exiuerunt. Claruit à Roma condita, anno trecentesimo, ut scribit Plinius. Initium totius historiæ huiusmodi est. Herodoti Halicarnassæi historiæ explicatio hæc est, ut neq; ea, quæ gesta sunt, ex rebus humanis obliterentur ex æuo, neq; ingentia et admiranda opera, uel à Græcis ædita, uel à Barbaris, gloria fraudentur: cùm alia, tū uerò qua de re isti inter se belligerarunt. Scripsit etiam uitā Homeri, quæ cū Homeri operibus ad calcem Odyssææ impressa est.

Hesiodus, Cumanus pastor fuiße perhibetur: Et oues pascenti, nouem uirgines apparuisse feruntur (quemadmodum et ipse de se testatur in Theogonia) quæ lauri germina comedenda porrexerunt, unde statim poetica sapientia repletus est. Id figmentum à Ioanne Tsetse in cōmentarijs in Hesiodum exponitur. Scripsit uerò Heroum et Heroidum gene

alogias.

alogias. Itē opus de mulieribus in quo Heroidas multas induxit uirorum fortium nuptias optasse, teste Seruio. Astronomica item. Mulierum quoq; uirtutes, teste Luciano. Artem quoq; uaticinandi, ut scribit Pausanias. Pelei etiā et Tethidis epithalamium. Epicedium quoq; in Βάτραχον amicum. De medicina item, ut Plutarchus testatur, & de herbis, ut ex Plinio colligitur. Nec desunt qui Hesiodum scribant autorem eorum Apologorum, qui Æsopij dicuntur. Scripsit præterea Opera et Dies, ἔργα καὶ ἡμέρας Theogoniam item, et Scutum Herculis, quæ adhuc extant et impressa sunt in octauo, græcè, tum etiam latinè hactenus aliquotiens in diuersis locis, cum commentarijs quoq; græcis Basileæ in 8. et paulò antè Venetijs in 4. Fuisse aliqui dicunt antiquiorem Homero, alij uerò post eum annis centum uixisse. Opera et dies scripsit ad Persen fratrem, quo uariæ hortationes morales & œconomicæ continentur, et instigatio ad operandum, & agriculturæ doctrina, necnon temporum, quibus exerceri debet. Item de diebus felicibus et infelicibus secundum lunæ motum. Iugulatus iam senex à duobus fratribus in mare abiectus est. De quo uide apud Erasmum prouerb. Hesiodi senecta.

Hierax. Eius fragmenta aliquot Stobæus allegat.

Hierocles philosophus Alexandrinus fuit. Eius constantia, magnanimitas et eloquentia miris laudibus apud Suidā commendatur, de quo plura uidere poteris. Eius commentarij in aurea Pythagoræ carmina latinè impreßi sunt Basileæ in 8. Aruspa interprete, qui in præfatione sic scribit. In hoc libro, aut potius in his Pythagoræ carminibus, omnis Pythagoræorum philosophia continetur, tantaq; in eis est doctrina, tanta legenti utilitas, ut octogenarius iam nihil ego aut græcè aut latinè legerim, quod magis mihi profuisse intelligam. Parum enim aut nihil, ubi miracula defuerunt,

à fide

à fide Christiana differt.

Hippodamus Pythagoræus fuit. Stobæus ex lib. eius de republica, item ex lib. de felicitate, citat aliquot fragmenta omnia dorice scripta.

Hipparchus Atheniensis Pisistrati tyranni filius. Is Homeri uersus non legitimos modò, sed oblatos quoscunq; auro rependit, prouinciamq́; eos in ordinem redigendi, grammaticis tum celeberrimis accitis mandauit, à quibus in eas quas nunc legimus rhapsodias, distincti sunt. Poëtas, ipse poëta, Simonidem et Anacreontem plurimi fecit, columnas in urbis compitis erexit, legibus et elegis uersibus inscriptas, ut Plato in Hipparcho scriptum reliquit. Fuit etiam alius Hipparchus comicus, in ueteri comœdia celebratus, qui de mulieribus fabulas scripsit.

Hippocrates Cous fuit medicus uetustißimus, et omniũ aliorum princeps. De eo Suidas sic meminit. Scripti ab Hippocrate libri omnibus medicinæ studiosis noti sunt, et ita eos exosculantur, tanquam oracula diuina, non autem humanæ linguæ uerba. Liber Aphorismorum humanũ excedit intellectũ. Galenus uerò de Hippocrate hæc scribit: Hippocrates primus omnium recta instituit uia, quæ cum à posteris absoluenda fuerat, non modò nemo eorum absoluit, sed pleriq; etiam, quæ probè fuerant inuenta corruperunt. Proximè autem ut uiam ab eo inchoatam perficerẽt Aristoteles & Theophrastus accesserunt: lib: 2. de morbis curandis: Et rursum, Ab eo incipiemus qui nobis omnium fuit dux atq; autor disciplinarum: in 3. de crisibus, cap. 11. Et iterum: Hippocrates dignus admiratione eorum inuentor quæ à pluribus medicis ad, hunc usq; diem fuêre ignota: lib. 4. in Aphorismos. Et iterum. Hippocrates quidem omnium, quos nouimus medicorum philosophorumq́; primus, ut qui primus naturæ opera norit, hanc semper tum

admiratur

admiratur tum prædicat, quam et iustam prædicat &c. de naturalibus facultatibus lib. 1. Eius opera græcè impressa sunt Basileæ in folio, chartis 144.

Hipponis poëtæ, Athei cognominati uersus citantur ab Athenæo in dipnosophistis.

Hipponax, Iambographus fuit celebratiss. & maledicentiss. Ephesius, qui amaritudine carminis sui, quemadmodum et Archilochus homines ad laqueum compulit. De quo uide apud Erasmũ prouerbiũ, Hipponactium præconium.

Hippothoontis senarij similiter à Stobæo citantur.

Hippothoi uersus aliquotiens à Stobæo allegantur.

Hipposthenis senarios citat Stobæus.

Homerus, rex poëtarum diuinißimus et literaturæ omnis humanioris parẽs, qui, ut Quintilianus ait, omnibus eloquentiæ partibus ortum et exemplum dedit: fons à quo natum Pierijs ora rigantur aquis, quemadmodum ipsum Naso uocat. Quare eum Palaton pictor pinxit in tabula, ut uomere uideretur, atq; eorum sordium reliquias tantum cæteros poëtas colligere. Smyrnæus fuit, seu, ut alij uolũt, Cyprius, alij Ionius, alij Cumæus. Sunt etiam qui Syrum, qui Troianũ, qui Lydiũ, qui Ithacensem, qui Salaminiũ, qui Gnosium, qui Myceneũ, qui Thessalum, qui Rhodium, qui Argiuum, qui Centhræum, qui Ægyptium ex Thebis, & qui, ut Suidas docet, Romanum esse putauerunt. Et uixit post bellum Troianum, quamuis alij eius spectatorem fuisse existiment. Eius extant duo poëmata: Ilias, quæ gesta Græcorum et Barbarorum propter Helenæ raptum, sed præcipuè Achillis præclara in eo bello facinora continet: et Odyssæa quæ continet Vlyssis ex Troiano bello reditum, quotq; ille labores errando pertulerit, atq; ut reuersus ultus fuerit inimicos, id est, procos ambientes uxorem Penelopen. In ijs duobus operibus totius philosophiæ et artis oratoriæ nec

non

non poëtices lumina conspiciuntur. Hunc Alexander Magnus tanti fecit, ut Iliadē cum pugione sub puluino dormiens semper haberet. Eā enim ab Aristotele præceptore exponere didicerat. Ideò quocunq; gentium proficisceretur, suum eum uiaticum appellans, secū eum deferebat. Alcibiades quoq; Atheniensis, cùm ludum ingressus Homerum sibi afferri iußisset, nihilq; Homeri ibi esse responsum fuisset, pugno illiso in faciem magistri, abijt: indignum ratus esse magistrum, cui Homerus non sit diligenter cognitus. Impressa sunt Ilias & Odyssæa cum Hymnis & βατραχομυομαχία eiusdem, primò Venetijs apud Aldum, & Florentiæ & Argentorati & Parisijs in 8. Louanij etiā in 4. & Basileæ in folio cum commentarijs græcis, & rursus ibidem in folio cum uersione latina è regione, et explicatione difficilium thematum. Scripsit præterea etiam alia: Vt paruam Iliada, Amazonia νόστοι, Epicichlides, id est, turdi seu sturni, ἑπτάπακτοι, siue Iambis γερανομαχία, id est, gruum pugna, ἀραχνομαχία, id est, aranearū pugna, Ceramus, Amphiarai descēsus, Pægnia, Siciliæ captiuitas, Epithalamiū, Cypria, Epigonus Margites. Alij eū à parentibus pauperibus prognatū, alij quoq; Lydiæ regis filiū faciunt: ut Aristoteles. Herodotus scribit dolore extinctū, cùm à piscatoribus propositam quæstionem haud dißoluisset, quæ talis fuit: ὅσ' ἕλομεν λίπομεν, ἃ δ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα, id est, quæ cœpimus, abiecimus, quæ non cœpimus, nobiscū asportamus. Sotades uerò fame cōsumptum ait, cùm inquit in suo carmine, τὸν θεῖον ὅμηρον λιμὸς κατεδαπάνησεν.

Hyperides, rhetor fuit unus ex decem præcipuis Lycurgi, et Platonis philosophi, et Isocratis rhetoris discipulus. Orationes græcas scripsit numero 56, quæ, teste Suida, perierunt temporis iniuria. Vitam eius scribit Plutarchus. Hyperides integer, cum locupletißimis scholijs liber, multis etiam

censibus redimendus extabat in bibliotheca Budensi, prius quàm à Turcis perderetur. Verba sunt Braßicani ex præfatione quadam apud Gesnerum in Pandectis.

I

IAmblichus ex Chalcide Syriæ, philosophus fuit, Porphyrij discipulus, & Constantij tẽpore uixit. Suidas. Librũ scripsit de mysterijs Ægyptiorũ, Chaldæorũ & Assyriorũ, qui latinè, Marsilio Ficino interprete, excusus est Basileæ in 8. & deinde in Gallia in 16. græcè uerò seruatur in multis Italiæ bibliothecis: quemadmodum etiam eiusdem lib. 3. de secta Pythagorica cum Simplicij cõmentarijs Romæ in bibliotheca Vaticana pontificis habentur, ut scribit Volaterranus.

Iphicrates uir fuit Atheniensis, sutoris filius creditus, nõ tam magnitudine rerum gestarum quàm disciplina militari nobilis fuit. Eius meminerunt Æmylius Probus, & Plutarchus, cùm alibi, tum in Apophthegmatis.

Isidorus. Isidori senarius à Stobæo citatur. Isidori quoq; seu eiusdem, seu alterius, tria hexasticha leguntur in magno uolumine græcorum epigrammatum.

Isæus rhetor fuit Assyrius. Eius uitã scribit Philostratus in sophistis. Eius aliquot orationes græcas Aldus expreßit in magno uolumine græcarum orationum.

Isocrates orator fuit Atheniensis summus, cuius orationes græcæ 21. cum epistolis eiusdẽ impressæ sunt Haganoæ in 8. Sunt autem istæ. 1. Ad Dæmonicum parænesis. 2. De regno. 3. Nicocles siue Cyprius. 4. Euagoras. 5. Encomium Helenæ. 6. Busiris. 7. Sophista. 8. Panegyricus. 9. Plataicus. 10. Areopagiticus. 11. Panathenaicus. 12. Philippicus. 13. De pace. 14. Archidamus. 15. de Permutatione. 16. De iugo. 17. Ægineticus. 18. Trapeziticus. 19. Paragraphicus. 20. aduersus Lochiten. 21. aduersus Euthymũ. Cicero lib. 2. de Oratore

eum mentionē fecisset Periclis, Alcibiadis, Thucydidis, Critiæ, Theramenis, Lysiæ, insigniū rhetorum, subdit: ecce tibi exortus est Isocrates magister istorū omniū, cuius è ludo, tā quam ex equo Troiano innumeri principes exierunt. Et alibi in Oratore. Cū doceret eos qui partim in dicendo, partim in scribendo principes extiterunt, domus eius officina habita eloquentiæ est. Dionysius quoq; Halicarnassæus, egregiū Isocrati testimoniū attribuit, cū inquit: Qui non unā aliquā, sed uniuersas politicas uirtutes ac negocia scire uoluerit, ei necessariū est, ut orationes Isocratis familiares sibi faciat. Moritur annos natus centū. Vide plura de uita, orationibus, phrasi & schematis oratoris huius, apud Plutarchū, Philostratū, et Dionysiū, ubi illa ex professo tractantur.

Flauius Iosephus Mathatiæ filius, ex Hierosolymis sacer dos à Vespasiano captus, cum Tito filio eius relictus est. Hic Romam ueniens, septem libros Iudaicæ captiuitatis, imperatoribus Vespasiano et Tito, patri filioq; obtulit, qui & bibliothecæ publicæ traditi sunt. Et ob ingenij gloriam, statuam quoq; meruit Romæ. Scripsit autem & alios uiginti Antiquitatum libros, ab exordio mundi, usq; ad decimum quartū annū Domitiani Cæsaris, et duos ἀρχαιότητ☉ aduersus Appionē Grammaticū Alexandrinū, qui sub Caligula legatus missus ex parte gentilium, contra Philonem etiam librū, uituperationem gentis Iudaicæ continentem cripserat. Alius quoq; liber eius, qui inscribitur, περὶ αὐτοκράτορ☉ λογισμȣ̃, ualdè elegans habetur, in quo & Machabæorum sunt digesta martyria. Hic in 18. Antiquitatum libro, manifestißimè confitetur, propter magnitudinem signorum, Christum à Iudæis interfectum: & Ioan. Baptistā uerè prophetam fuisse: & propter interfectionem Iacobi apostoli, dirutam Hierosolymam. &c. Hæc Hieronymus, quanquam is Flauij prænomen non ponat. Eius opera omnia græca excu-

ſa ſunt in officina Frobeniana Baſileæ anno 1544. in folio typis maiuſculis & perquàm elegantibus. Eadem de nouo cõuerſa (cùm prius Rufini uerſio corruptiſsima haberetur) à Sigiſmundo Gelenio Baſileæ in officina Frobeniana latinè excuſa ſunt, anno 1554. Eiuſdem Ioſephi hiſtoriarum Iudaicarum libri quinq;, hebraici et latini à Sebaſtiano Munſtero, editi ſunt Baſileæ anno 1541. Continuat autem in ijs libris, hiſtorias ſacras, à captiuitate Babylonica, uſq; ad præſidem Pilatum. Inde à Pilato uſq; ad ultimam deſtructionẽ urbis, id eſt, bellum Hieroſolymitanum, ex hebræo conuerſum edidit Dauid Kyberus Argentinenſis.

Iulius Pollux Naucratita cognominatus, ſophiſta docuit Athenis, imperatore Cõmodo. Scripſit declamationes: in laudem urbis Romæ orationem: totius item Græciæ celebrationem: & alia, quæ Suidas cõmemorat et interciderũt. Extat eius adhuc Onomaſticon ſeu uocabularius græcè impreſſus in 4. Baſileæ. Libri ſunt decem, rerum ac ſynonymorum ordinibus ſecundum genera inſtructi.

Primo libro, deorum, dæmonumq; appellationes, diuinorum cultuum, locorum, et regionum, et temporum, & ſedes artificum, & ſacrificorum continentur.

Secundus indicat omnes hominis partes, formasq; ſingulas, primoq; ætates explicat.

Tertius liber promiſcua quædam per capita 30. continet.

Quartus continet ſcientiæ conuenientia, et uirtutes animi, contrariaq; uitia, & ſcientiarum ſpecies.

Quintus de uenatione, canibus, feris, animalibus et alijs quibuſdam diuerſis rebus agit.

Sextus agit de conuiuio, eius celebratione, et ſuper quæ conuiuandum ſit, et cum quibus, de conuiuiorum dominis, conuiuis, & famulitio.

Septimus agit de uarijs artibus, et artificibus, per capita 33.

Octauus tractat nomina rerũ forensium per capita 45.

Nonus agit de urbium ædificijs, omnibusq; quæ à terminis, populis, uicis, agris, regione aut hortis dicuntur. Libro decimo armamentariorum, et ipsorum uasculorum insunt nomina, et quæcunq; de his, aut ab his sunt deriuata.

Iulius. Iulij cuiusdam uersus hexametros ex poëmate in Bacchum & patriam citat Stobæus.

Iuncus. Iunci fragmentum prolixum, prosa scriptum citat Stobæus.

Iustinus philosophus fuit et martyr, eius opera quæ adhuc extant, impressa sunt græcè in folio Parisijs. Sunt autem hæc. Ad Zenam & Soramũ epistola. Sermo exhortatorius ad gentes. Colloquiũ cum Tryphone Iudæo. Apologia pro Christianis ad senatum Romanum. Expositio fidei de recta confeßione, siue de sancta & coëssentiali trinitate. Confutatio dogmatum aliquot Aristotelicorum. Quæstiones christianæ, & gentilium responsiones, earumq; confutationes. Responsiones ad orthodoxos de quibusdã necessarijs quæstionibus. Quæstiones græcanicæ siue gentiles, ad christianos, de incorporeo, et de deo, deq; resurrectione mortuorum. Plura de ipsius uita & scriptis uide apud Hieronymũ in catalogo scriptorum ecclesiasticorũ. Apud Photium item patriarcham, in opere quod inscribitur Mille libri. Apud Eusebium quoq; ecclesiasticæ historiæ lib. 4. cap. 8. & deniq; Nicephorum ecclesiasticæ historiæ lib. 3. cap. 26. & etiam. 33.

L

Lycurgus rhetor fuit Athenienſis. Eius græcas aliquot orationes excudit Aldus Venetijs in magno uolumine græcarum orationum. Vide Suidam, qui post Lycurgum

Spartiatā legislatorem, cuius uitam scribit Plutarchus & ex Trogo Pompeio Iustinus, huius nostri Lycurgi rhetoris orationes omnes numerat.

Lysias rhetor fuit Syracusanus. Vide Suidam, & Plutarchum in uita decem rhetorum. Eius aliquot orationes græcas Aldus excudit. Extant præterea Lysiæ orationes triginta duæ, Epitaphius sermo, & epistolæ sex in quadam Italiæ bibliotheca.

Lucillius. Lucillij græci poëtæ epigrammata quinq; leguntur in primo libro magni uoluminis græcorum epigrammatū: & in secundo, sex supra centum: in sexto uerò et septimo, singula. Fuit etiam alius Lucillius poëta antiquus, primus satyrarum apud latinos autor, de quo plura uide apud Gyraldum.

Lucianus. Luciani cuiusdam epigrammata triginta duo leguntur passim in magno uolumime græcorum epigrammatum. Est & alius Lucianus Samosatensis, qui uixit sub Traiano Cæsare, et perijt discerptus à canibus, autore Suida. Eius opuscula græca 171. impressa sunt cùm alibi tum Basileæ apud Isingrinium, elegantißimis characteribus anno 1545. in 8. tomis duobus.

M

Melinno, uel Brinna quam aliqui Lesbiam, aliqui Teiā, alij Rhodiam faciunt, per ea tempora quibus Sapho. Et scripsit dorica & æolica lingua poëma, quod Helecaten uocauit, trecentis uersibus, qui perquam similes Homericis uidebantur. Extat etiam eius τετράστιχον quarto libro epigrammatum græcorum.

Menecrates Syracusius, poëta fuit comicus, autore Athenæo. Alter etiam fuit Ephesius, qui carmine de re rustica scripsit. Et itē alter qui Æneā in suis uersibus urbis Troiæ proditorem (quemadmodum idem facit Dares Phrygius in historia

historia belli Troiani, cui ipse interfuit) fecit.

Menander poëta comicus fuit Atheniensis, aspectu strabus, uerùm ingenio promptus, sed in mulierum amores furore quodam ferebatur. Comœdias composuit centum & octo, quas Terentius reddidit. Eius fabulas Athenæus 45. paßim allegat. Scripsit item epistolas & alia quædam, prosa oratione. Clemens in 5. στρωμάτων, Menandrum ostendit multa desumpsisse ab Hebræorum prophetis, ut illud, Deum non uictimis, aut tauris placari, sed iustitia animiq; puritate. Plinius illum omnis luxuriæ interpretem dictum ait, quod idem ferè scribit Plutarchus. De eo Quintilianus lib. 10. sic meminit: Vel unus Menander, meo quidem iudicio, diligenter lectus, ad cuncta quæ præcipimus efficienda sufficiat, ita omnem uitæ imaginem expreßit, tanta in eo inueniendi copia, & eloquendi facultas, ita est omnibus rebus, personis, affectibus, accommodatus. Nec nihil profectò uiderunt qui orationes, quæ Charisij nomine eduntur, à Menandro scriptas putant. Et rursum, Ego tamen plus adhuc quiddã esse collaturum declamatoribus puto, quoniam ijs necesse est secundũ conditionẽ controuersiarũ plures subire personas, patrum, filiorũ, matrũ, militum, rusticorũ, diuitum, pauperũ, irascentium, precantiũ, mitium, asperorũ, in quibus omnibus mirè custoditur ab hoc poeta decor, atq; ille quidem omnibus eiusdem operis autoribus abstulit nomen, & fulgore quodam suæ claritatis tenebras obduxit. Vide de Menandro apud Plutarchum in libello in quo comparat Aristophanem cum Menandro.

Mercurius Trismegistus, id est, ter maximus, quod philosophus, sacerdos, & rex maximus fuerit. Maior nepos ex matre fuit Atlantis astrologi, qui floruit eo tempore quo Moses natus est. Scripsit libros ad diuinarum rerum cognitionem pertinentes quàm plurimos, quibus arcana mysteria

Verba sunt Marsilij Ficini in præfatione.

& stupenda panduntur oracula, nec ut philosophus tantũ sed ut propheta sæpenumero loquitur, canitq; futura. Hic ruinam præuidit priscæ religionis, hic ortum nouæ fidei, hic aduentum Christi, hic futurum iudicium, resurrectionẽ sæculi, beatorum gloriam, supplicia peccatorũ. Quò factũ est, ut Aurelius Augustinus dubitauerit peritiáne syderum an reuelatione dæmonum multa protulerit. Eius Pymander de potestate & sapientia dei dialogus, & Asclepius de uoluntate dei, extant græcè in Italia. Excusi uerò sunt latinè Marsilio Ficino & Apuleio interpretibus, Venetijs apud Aldum, & Basileæ in 8. dein de etiam in Gallia in 16. Eiusdem Iatromathematica, id est, medicationes accommodatæ ad Astrologicam rationem, græcè excusæ sunt Norimbergæ cum alijs quibusdam Astrologicis. Eiusdem etiam uersus de significationibus terræ motuum, per sigula zodiaci signa, leguntur in magno uolumine græcorum epigrammatum, & fragmenta quæ Stobæus citat. Vide Suidam in ἑρμῆς ὁ τρισμέγιστος.

Metrodorus Lãpsacenus Epicuri discipulus fidißimusq; amicus fuit. De eo uide apud Diogenẽ in Epicuro, lib. 10. et Strabonẽ. Fuit alter Metrodorus Atheniensis Carneadis auditor, cuius Cicero meminit. Metrodorus præterea Sceptius qui memoria insigni ualuit, ut Cicero scribit lib. 1. Tusculana. quæst. qui quãuis pauper tamen propter nominis famam clarũ coniugium apud Carthaginenses est assecutus. Fuit & Metrodorus quidam Chius, cuius Troica citat Athenæus. Metrodori etiam cuiusdam decastichon extat in 1. lib. magni uoluminis græcorum epigrammatum.

Mimnerus, alij etiam Mimernum, alij rursum Mimmermium legunt, cum sit à memoria et interpretatione nomen deductum ut Mnemernus dicatur. Is nunc Mnemernus poeta fuit elegiographus Smyrnæus, Ligyastades propter carminis

minis suauitatem cognominatus. Nihil in uita suaue esse censebat sine amore & iocis. Citant eius uersus Athenæus, Plutarchus, Stobæus & alij. Meminit quoq; eius Pausanias.

Moschus poëta Siculus, Bucolica scripsit quæ perierunt. Extat adhuc eius Europa græcè, heroicis uersibus scripta cum alibi, tum in bibliotheca Augustæ Vindelicorum. Extat quoq; eiusdem Amor fugitiuus in 1. libro magni uoluminis græcorum epigrammatum, & tetrastichon quoddam lib. 4. eiusdem uoluminis.

Musonius Capitonis Tyrrhenus, ex urbe Vulsinio, Dialecticus, Philosophus, & Stoicus. Imperante Nerone claruit, à quo & occisus est ob dicendi libertatem. Familiaris Apollonio Tyanæo fuit, & mutuæ ipsorum leguntur epistolæ. Vide plura apud Suidam. Epistolæ eius quædam Venetijs apud Aldum in uolumine græcarum epistolarum excusæ sunt. Oratio quoq; eiusdē, de Bono principe, Stephano Nigro interprete, cum eiusdem Stephani lucubrationibus cæteris Basileæ excusa est.

N

NAumachius poëta græcus, castus, et pius fuit. Eius uersus heroici plurimi et dignißimi lectu apud Stobæum aliquotiens extant. Gyraldus etiam istum citat ex Arsenio de mulierum ornamentis: ἐσθλὰ κακοὶ φθείρουσι γυναικῶν ἤθεα μῦθοι, Verba bonos uitiant mulierum turpia mores. Erasmus in Chiliadibus suspicatur hunc Naumachium Christianum fuisse.

Nicolaus. Nicolai cuiusdam uersus de Adulatione extāt apud Stobæum. Citatur ibidem aliquotiens Nicolai historia gentium, an uerò idem sit, nescio. Fuit etiam Nicolaus alius Damascenus cognomine, cuius Athenæus cum Suida meminerunt, ualdè familiaris Herodi regi Iudæorum, ut Iosephus et Egesippus scribunt, gratus etiam Augusto Cæsari, ut Sui-

das testatur. Is scripsit tragœdias & comœdias, quæ pulcherrimæ habitæ sunt. Fuit præterea in omni doctrinarum genere doctißimus.

Nicostratus poëta fuit comicus, multi nominis, ut docet Athenæus, qui aliquot eius citat fabulas. Fuit et alius rhetor magni nominis, cuius meminit Hermogenes rhetor.

O

OBrimus. *Obrimi cuiusdam uerba ex orationibus eius pro Seuero & Protogorio citat Stobæus.*

Orpheus. *Orphei quinq; fuerunt, primus ex Thracia poëta Apollonis & Calliopes filius. Alter Orpheus Crotoniata fuit Lini discipulus, qua tempestate apud Hebræos, iudices rerũ summã gerebant, ante tempora Troiana. Is scripsit Argo nautica quæ adhuc leguntur, & alia quædam, de quibus Suidas & Pausanias in Bœoticis. Alij à mulieribus discerptũ, alij quoq; fulmine ictum perijsse referunt, de quo uide Diogenẽ Laertiũ. Tanti uerò Orpheũ omnis Græcia fecit, ut diuinitatẽ illi attribueret. Sed & caput eius in Lesbo oracula dedisse testatũ reliquit uterq; Philostratus, unde est illud de Cyro Persarũ rege:* τὰ ἐμὰ ὦ κῦρε σοὶ, *hoc est, mea fata te quoq; sortientur: quemadmodum ego perij à mulieribus discerptus, ita tu quoq; à Tomyride Scytharũ regina crudeliter tractaberis, reuulso tuo capite & abiecto in utre sanguine pleno, cum hac exprobratione crudeli: Satiare sanguinem quem sitisti, cuiusq; insatiabilis semper fuisti. Iustinus lib. 1. in historia Cyri. Tertius fuit Arcadius, qui uixit ante Homerum. Hic fabularum figmenta & epigrammata & hymnos composuit. Quartus Odrysius. Vltimus Camarinæus. M. Cicero nullum fuisse unquã Orpheũ putauit. Ælianus quoq; falsa omnia & fabulosa esse quæ de Orpheo traduntur, censuit. Orphei Argonautica, hymni, & de lapidibus libellus, omnia græcè heroico uersu elegantißime*

tißime ſcripta Aldus excudit Venetijs in 8. cum Muſæo græco uetere poeta.

P

P*Aulus Silentiarius epigrammata ſcripſit, quorum magnus eſt numerus paßim in magno uolumine græcorum epigrammatum.*

Palladas. Palladæ plurima paßim epigrammata græca in magno uolumine græcorum epigrammatum leguntur.

Panyaſis Halicarnaſſæus elegiographus à nonnullis ita laudatus, ut eum poſt Homerum ſtatim in poëtarum numerum referant. Scripſit de Herculis laboribus opus, quod Heracleia inſcripſit, & 14. uoluminibus digeßit. Præterea etiam quæ Ionica dicta ſunt uerſu pentametro. Item de Codro ac Neleo, deq́; Ionicis colonijs, ad ſeptem uſq; millia uerſuū.

Patrocles. Patroclis ſenarij leguntur apud Stobæum.

Pauſanias Cæſarienſis grammaticus, æqualis Ariſtidi, ſcripſit uniuerſæ Græciæ periegeſin, id eſt, geographiam cum eius hiſtorijs. Raph. Volater. apud quem uide plura. Meminit eius tanquam mali rhetoris Philoſtratus in uitis ſophiſtarū. Scripſit de Syntaxi lib. 1. Problematum lib. 1. & alia. Suidas.

Pauſaniæ commentarij græci, deſcribentes Græciam, hoc eſt, Atticā, Corinthiacā, Laconicam, Meſſeniacam, Eleam, Achaicam, Arcadicam, Bœotiam, Phocenſemq́; regionem. De Elea duo ſunt libri, de cæteris, ſinguli. Aldus excudit Venetijs 1516. in folio chartis 71. Ex præfatione latina innominati cuiuſdam. Hoc opus antiquæ raræq́; eruditionis theſauros continet, multa recondita, multa ſcitu pulchra, nonnulla quæ alibi non leguntur. Admiraberis autoris accuratam & exquiſitam diligentiam, ſiue narrationem rerū præclarè geſtarum in fronte uoluminum collocet, ſiue genealogias perſequatur, ſiue ſtatuarum tum artifices cōmemoret,

tum

tum eos concelebret, quorum in honorem erectæ sunt. Deflebis tot urbium amplißimarũ interitum, quas autor opibus fortunisq; florentes adhuc memoriæ prodidit. Huc accedunt crebræ digreßiones, per quas autor dum diuagatur, innumeros poëtarum locos obiter enucleat. Iidem Pausaniæ commentarij latinè excusi sunt ab Oporino Basileæ in folio anno 1550. conuersi ab Abrahamo Lorschero. Eosdẽ libros à Romulo Amasæo in latinam linguã translatos Florentiæ excudit Torrentinus.

Pempelus philosophus fuit pythagoricus, cuius aliqua citat Stobæus.

Periander Corinthiorum rex, unus è septem sapientibus scripsit cùm alia, tum Hypothecas, id est, humanæ uitæ præcepta, duobus uersuum milibus, ut Diogenes Laërtius tradit.

Perictyone. Perictyones fœminæ Pythagoricæ fragmẽtum Ionicè scriptum, ex libro eius de mulieris harmonia, & item aliud ex eodem libro satis prolixum legitur apud Stobæum. Perictyones, quæ fuit mater Platonis, meminit Laërtius in Platone.

Phalaris Agrigentinorum tyrannus fuit crudelißimus, De eo uide apud Erasmũ prouerbium, Phalaridis imperiũ. Item φαλαρισμός. Eius epistolæ aliquot græcæ impressæ sunt Venetijs in 4. apud Aldum, cum diuersis aliorum græcis epistolis. Suidas testatur eum epistolas ualdè mirabiles composuisse.

Phauorinus Arelatensis ex Gallia sub Traiano & Adriano Cæsaribus, corpore hermaphroditus, plenus philosophia, sed rhetoricæ studiosior. In multitudine scribendi Plutarchi Chæronei æmulator. Composuit plurima philosophica, & historica, ex quibus illa feruntur: de Homeri philosophia, de Socrate, & amatoria eius arte, de Platone, de Philosophorum dicta, & alia. Scripsit etiam gnomologica, Suidas.

das. Multa ex eius scriptis, paßim recitantur apud Stobæum.

Philemon poëta fuit comicus Syracusanus, Menandro paulò antiquior. Annos uixit centum et unum. Fabulas scripsit 97. Interijt risu: autoribus Luciano & Valerio. quãuis Ælianus & Apuleius diuersum sentiant, Diogenes quoq; id Chrysippo accidisse referat. Fuit etiã Philemon alter eius, ut creditur, filius. Is comœdias scripsit 54.

Philetas Cous elegiographus præceptor secundi Ptolemæi regis Ægyptij. Mœrore contabuit quod nõ posset soluere id genus orationis, quod græci ψευδόμενον *seu* ψευδολόγον *uocant. Declarat hoc ipsius epitaphium, quod tale est:*

Ξεῖνε φιλητᾶς εἰμὶ ὁ ψευδόμενος μὲ
Ὤλεσε καὶ νυκτῶν φροντίδες ἑσπέριοι.

Fuisse uerò exili adeò ac pertenui corpore tradit Ælianus & Athenæus, ut pedibus sibi ex plumbo soleas annecteret, ne à uento abriperetur.

Philippus poëta fuit comicus, qui ab Athenæo in dipnosophistis celebratur. Eius meminit etiam Suidas. Alterius etiam Philippi plurima paßim leguntur epigrammata, in magno uolumine græcorum epigrammatum.

Philippides Atheniensis comicus fuit. Fabulas scripsit 45. Is cum in certamine poëtarum præter spem uicisset, gaudio subito extinctus est: autore Gellio.

Philiscus Corcyræus poëta fuit tragicus. Liberi patris sacerdos, temporibus Ptolemæi Philadelphi. Fabulas scripsit 42. teste Suida. Fuit etiam alter comicus, cuius senarios citat Stobæus. Et item alter Ægineta, Alexandri Magni præceptor, qui dialogos scripsit, & inter alios, Codrum.

Philo Iudæus Alexandriæ natus disciplinisq; omnibus eruditus, in nostra & græcorum philosophia bene uersatus, eloquentiæ Platonis adeò æmulator, ut prouerbium fue-

rit,

rit, ὁ πλάτων φιλωνίζει ἢ φίλων πλατωνίζει, id est, aut Plato philonizat, aut Philo platonizat. In diuinis autem legibus, & patrijs institutis quantus fuerit, ex his quæ nobis librorum suorum tradidit monumentis palam est. Igitur temporibus Caij Caliguli, quāta acciderint Iudæis mala, uoluminibus absoluit, quibus & suam legationem pro Iudæis apud ipsum imperatorem retulit. uide plura apud Hieronymum & Suidam, Iosephum quoq; lib. 18. ἀρχαιολογίας, cap. 15. Extat apud Hebræos Solomonis liber, cui sapientia titulus, eum Philoni quidam tribuunt. Vixit autem Philo, secundum Tritenhemium, anno Christi 50. Philonis opera quæ extant omnia libri 43. De mundi opificio, Historica, Legalia, Monobibla græcè excusa sunt Parisijs in folio ab Adriano Tornebo, anno 1553. Feruntur præterea aliquot Philonis alia, in bibliothecis Italicis.

Philonides comicus fuit Atheniensis, cuius aliquot comœdiæ apud autores celebrantur. Primùm fuit fullo. Vide apud Erasmum prouerbium, Indoctior Philonide.

Philostratus, filius Philostrati Lemnij sophistæ, & ipse sophista fuit Athenis primùm, deinde Romæ, sub Seuero imperatore. Scripsit Declamationes, Epistolas amatorias, Icones seu Ecphrases lib. 4. Colloquia, Capras, uel de fistula, Forū Heroicū, Epigrammata, & alia quædam. Suidas.

Philostrati Lemnij senioris historiæ de uita Apollonij lib. 8. græcè excusæ Venetijs olim ab Aldo cum Eusebij Cæsariensis libro contra Hieroclem, Apollonium Christo æquiparantem. Eosdem latinè excudit Gymnicus Coloniæ in 8. anno 1532. Eius historiæ de Apollonio compendium habes lib. 13. Anthropologiæ Volaterrani. Philostrati senioris Icones, Heroica, & Vitæ sophistarum, item Icones iunioris Philostrati, impressa sunt græcè Venetijs apud Aldum in folio anno 1503.

Tabula Iconum Philostrati, quæ sunt accuratæ, elegantißimæ & tanquam depictæ uariarum rerum florido stylo descriptiones, numero 66. Erant autem imagines istæ depictæ in porticu quadam Neapoli.

Helladia.
Menœceus.
Neptunus aut Amymone.
Phaëthon.
Ariadne.
Pentheus
Midas.
Mercurij natiuitas.
Pelops.
Venus.
Rhodogune.
Panthia.
Aiax Locrus, aut Gyræ.
Palæmon.
Atlas.
Hercules furens.
Xenia iterum.
Euadne.
Scamander.
Nilus.
Bosphorus.
Pasiphaë.
Tyrrheni.
Narcissus.
Amphiaraus.
Xenia, siue munuscula ficuum, racemorum &c.
Achillis educatio.
Arrichion.
Cassandra.
Insulæ.
Antæus.
Theodamas.
Mineruæ natiuitas.
Themistocles.
Comus.
Amores.
Paludes.
Piscatores.
Pelops aut Hippodamea.
Satyri.
Hyacinthus.
Venatores.
Centaurides.
Antilochus.
Pan.
Thessalia.
Cyclops.
Hercules in Gurmele.
Abderi sepulchrum.

Tela.

Telæ.
Palæstra.
Memnon.
Amphion.
Semele.
Olympus.
Andrij.
Perseus.
Hippolytus.
Meles.
Pindarus.
Glaucus Pontius.
Phorbas aut Phlegyæ.
Antigone.
Dodona.
Horæ.

Tabula Heroicorum Philostrati, quæ sunt dialogi in quibus uinitor quidam cum Phœnice hospite suo multa cõmemorat: & inter cætera species heroum, qui apud Troiam pugnauerunt, numero 21. ut ipse à Protesilao didicerat, breuiter docet.

Phœnix uinitor.
Diomedes & Sthenelus.
Idomeneus.
Vlysses.
Polydamas.
Æneas.
Protesilaus.
Aiax Locrensis.
Aiax Telamonius.
Sarpedon.
Euphorbus.
Nestor.
Philoctetes.
Chiron.
Theucer.
Alexander.
Achilles.
Antilochus.
Agamemnon & Menelaus.
Palamedes.
Hector.
Helenus, Deiphobus.
Neoptolemus.

Tabula libri de uitis sophistarum 58.

Eudoxus.
Philostratus
Gorgias
Polus

Isocrates

Isocrates
Scopelianus
Polemon
Aristocles
Hermogenes
Chrestus
Ptolemæus
Apollonius
Phœnix
Hippodromus
Ælianus
Leo
Theomnestus
Protagoras
Thrasymachus
Æschynes
Dionysius
Secundus
Antiochus
Philagrus
Pollux
Euodianus
Apollonius Atheniensis
Damianus
Laodiceus
Heliodorus
Aiax
Dion
Hippias
Antiphon
Niceta
Lollianus
Herodes
Alexander
Aristides
Pausanias
Rufus
Antipater
Çyrinus
Aspasius
Carneades
Phauorinus
Prodicus
Critias
Isæus
Marcus
Theodotus
Varus
Adrianus
Athenodorus
Oenomachus
Proclus
Heraclides
Philiscus

Tabula Iconum 18. Philostrati iunioris.

Achilles in Scyro
Hercules in cunabulis
Ludentes Cupido & Ganymedes
Argo, uel Æetes
Melager
Marsyas
Hesione

Neſſus
Venatores
Orpheus
Pelops
Sophocles
Philoctetes
Hercules aut Achelous
Medea in Colchis
Pyrrhus aut Myſi
Hyacinthus

Philoſtrati quoq; icones græcè cum ſcholijs extant Venetijs in bibliotheca SS. Ioannis & Pauli manuſcriptæ. Philoſtrati epiſtolæ amatoriæ impreſſæ ſunt Venetijs ab Aldo in uolumine græcarum epiſtolarum.

Phocylides Miletus (autore Stephano) compoſuit gnomas & elegias, hexametrosq; nonnullos, quorum quædam quæ á Sibyllinis deprompta uidentur, appellauit κεφάλαια, & uixit poſt Troiana tēpora annis plus minus ſexcentis quinquaginta ſeptem. Eius aurea carmina aliquotiens tum alibi tum Baſileæ impreſſa ſunt.

Pindarus poëta lyricorum omnium ἐνδοξότατος Thebanus, patrem habuit Scopelinum tibicinem, & diſcipulus fuit Myrtidis mulieris, & compoſuit ultra XVII. libros, inter quos numerantur à Suida, Olympia, Pythia, Nemea, Iſthmia, hoc eſt, hymni in quatuor græciæ certaminum uictores uario omnino carminū genere conſcripti. Deinde Pæanes Dithyrābi, Scholia, Epitaphia, Encomia, Threni, Proſodiæ, Parthenia, Enthroniſmus, Bachica, Daphnephorica, Hyporchemata, Dramata tragica, quæ ab Hermogene ubi de ſermonis caſtitate agit, ualdè celebrantur. Scripſit itē epigrammata epica, & ad græcos, oratione ſoluta admonitiones. Eum antiquitas tanti fecit, ut & Alexander cum Thebas uaſtaret Pindari ædibus inſcripſerit, (ut Dion ſcribit) Πινδάρου τοῦ μουσοποιοῦ τὴν στέγην μὴ καίετε, hoc eſt, Pindari poëtæ tectū ne cremate. De eo Quintilianus ſic meminit: Nouem lyricorum longè Pindarus princeps, ſpiritu, magnificentia, ſententijs, figuris, beatiſsima rerum uerborumq; copia,

pia, & uelut quodam eloquentiæ flumine, propter quod Horatius eum meritò credidit nemini imitabilem.
Pindari Olympia, Pythia, Nemea & Isthmia, id est, encomia illorũ qui in quatuor istis græciæ certaminum generibus uictores extiterũt, Burbrachius impreßit Francofordiæ in 4. cum commentarijs.

Pittacus Mitylenæus, qui patriam Mitylenen aliquandiu rexit tyrannus, floruit tempore Crœsi, & unus fuit è septem sapientibus. Scripsit uerò tum alia, tum elego carmine multa, inter quos sexcenti eius elegi ualdè probati fuerunt, quibus ciuibus suis leges dedit. Vide Diogenem, Suidã, & Gyraldum. Fuit etiam alius quidam hoc nomine, qui (ut Ælianus meminit,) de mola pistrina encomium scripsit, ut in paruo argumento uim dicendi ostenderet.

Pisander, poëtas inter uetustos commemoratus, Camiræus fuit, ut ait Stephanus. Scripsit eleganti carmine Herculis labores. De Pisandro sic meminit Macrobius: Pisander poëta inter græcos eminet opere, quod à nuptijs Iouis & Iunonis incipiens, uniuersas historias, quæ medijs omnibus seculis usq; ad ipsius Pisandri ætatem contigerunt, in unam seriem coactas redegit: & unum ex diuersis temporum historijs corpus effecit, in quo opere præter cæteras historias, interitus quoq; Troiæ relatus est, quem Maro interpretando, fabricatus est sibi Iliacæ urbis ruinam. Hæc ferè Macrobius. Asscribuntur huic aliquot alia opera, quæ Aristæi sunt, qui uariam scripsit carmine historiam, quam Heroicῶν Theogamiῶν inscripsit, libris multis digestam. Vide apud Erasmum prouerbium, Pisandro timidior. Fuit etiam alius Pisander Larandæus, Nestoris filius, qui Nestor Iliada conscripsit, opus monstrosum, deerant enim in eo literæ, & (ut græci dicunt) ἀστοιχείωτον, quemadmodum & Tryphiodorus scripsit Odyssæam. In primo enim

libro, utiq; A non reperitur, & similiter per omnes libros deinceps. Is alter Pisander uariam historiam carmine complexus est (quemadmodum Aristæus) libris sex digestam, quam ἡρωικῶν θεογαμίαν, hoc est, deorum heroumq; nuptias inscripsit.

Plutarchus Cheronæus ex Bœotia, tempore Traiani Cæsaris & ante ipsum floruit. Huic cum Traianus consularẽ dignitatem contulisset, præcepit, ne quisquam præfectorũ in Illyria aliquid præter eius uoluntatem ageret. Scripsit autem multa. Suidas. Plutarchi parallela, id est, uitæ illustrium uirorum, numero 48. græci nominis ac latini, ita digestæ, ut semper greco homini latinus aliquis comparetur, ut Theseo Romulus, Alexandro Cæsar, Basileæ græcè excusa in folio.

Index uitarum in Parallelis Plutarchi.

Theseus	Romulus.
Themistocles	Camillus.
Cimon	Lucullus.
Nicias	Crassus.
Demosthenes	Cicero.
Pyrrhus	Marius.
Æges & Cleomenes	Tiberius & Gaius.
Lysander	Sylla.
Dion	Brutus.
Sertorius	Eumenes.
Pelopidas	Marcellus.
Agesilaus	Pompeius.
Solon	Publicola.
Aristides	M. Cato.
Pericles	Fabius Maximus.
M. Gaius	Alcibiades.
Demetrius	Antonius.

Aratus	Artaxerxes.
Lycurgus	Numas.
Phocion	Caton.
Æmilius	Timoleon.
Philopœmen	Titus.
Alexander	Cæsar.
Otho	Galba.

His adiectus est etiam Euagoras ex Isocrate. Vita Homeri autore Plutarcho, excusa est græcè aliquoties cum ipso Homero. Docet autem hoc libro Plutarchus, Homerum omne artium & sapientiæ genus calluisse, ac totam philosophiam ex eius poëmate tanquam fonte uberrimo profluxisse, idq; testimonijs uersuũ eius quàm plurimis confirmat. Plutarchi opus de proprietate linguæ græcæ, siue de dialectis apud Homerum, habetur impressum in appendice Lexici Græcolatini.

Plutarchi Cheronæi moralia opera Basileæ Frobenius excudit in folio, anno 1542.

Index moralium Plutarchi operum, quæ extant Græcè.

De liberis educandis.
Quomodo oporteat adolescentem audire poëmata.
De audiendo.
Quó nam modo queat quis assentatorem ab amico discernere.
Quomodo quis sentiat se in uirtute proficere.
Quomodo quis iuuari poßit ab inimicis.
De amicitia cum multis.
De fortuna.
De uirtute & uitio.
Consolatoria ad Apollonium.
Sanitatis tuendæ præcepta.

Nuptialia præcepta.
Septem ſapientium conuiuium.
De ſuperſtitione.
Apophthegmata regũ ac imperatorum(De omnibus à Plutarcho ſcriptis apophthegmatibus uide in 4.tomo operũ Deſ.Eraſmi.)
Dicteria Laconica.
Mulierum uirtutes.
Vtrum aqua an ignis utilior.
Res ac ritus Romanorum,capitibus 113.
Res & ritus Græcorum,capitibus 61.
De placitis philoſophorum libri 5. qui phyſicorum dogmatum epitome ſunt.Heruagius etiam ſeorſim excudit Baſileæ 1531.græcè & latine,Gul.Budæo interprete.
De comparatione Græcorum & Romanorum,capita 84.
Compendium commentarij,in quo Stoicos inopinatiora, quàm poëtas,aſſeruiſſe tradit.
De unius,& populi,& paucorum dominatu.
Belluas ratione uti.
Quod ne uiuere quidem datur ſuauiter ſecundum Epicurũ.
An rectè dictum ſit,Lateat te uixiſſe.
An ſatis ſit uitium ad infelicitatem.
De amore erga ſobolem.
De Iſide & Oſiride.
De ijs,qui à deo ſero puniuntur.
Quod uirtus acquiri poßit doctrina.
De laudando ſeipſum citra inuidiam.
De cohibenda iracundia.
De curioſitate.
De tranquillitate animi.
De uitioſa uerecundia.

De

De amore fraterno.
De loquacitate.
De studio erga diuitias.
Vtrum animi, an corporis morbi peiores.
De fortuna Romanorum.
De fortuna & uirtute Alexandri lib. 2.
De esu carnium lib. 2.
Quod maximè oportet philosophũ cũ principibus degere.
Ad principem indoctum.
De morali uirtute.
Num seni sit gerenda respub.
De capessenda republica, præcepta.
Quod non oporteat mutuari.
Platonicæ quæstiones.
De animi potestatibus.
De primo frigido.
Vtrum Athenienses ob res bellicas, an ob doctrinam gloriosiores.
De exilio.
De inuidia & odio.
Consolatoria ad suam uxorem.
De fato.
De musica.
Compendium comparationis Aristophanis & Menandri.
Vitæ decem oratorum, Antiphontis, Antocidæ, Lysiæ, Isocratis, Isæi, Æschinis, Lycurgi, Demosthenis, Hyperidæ, Dinarchi.
De pugnantibus inter se Stoicorum dictis.
Galbas.
Otho.
Vtra animalia prudentiora, terrena an aquatilia.
De animæ generatione in Timæo.

Eiusdem libri compendium.

Amatoriæ narrationes.

Causæ naturales.

Conuiuiorum libri nouem.

De facie apparente in circulo Lunæ.

De eo quod Pythia non dat nunc oracula carminibus.

Ad Colotem.

De communibus conceptibus ad Stoicos.

De dæmonio Socratis.

De malignitate Herodoti.

Stylus Plutarchi uidetur esse grauis & meditatus, neq; clarus cuiuis, nisi plusculum temporis in græcis literis uersato. Apparet eum plurimæ lectionis hominem fuisse & miræ memoriæ: tam frequens ubiq; est in recitandis ueterum historijs & allegandis sententijs, ut multa potius collectanea dici mereantur, quàm scripta Plutarchi. Quod quidem eò gratius nobis esse debet, postquàm pleriq; autores ab eo citati iam interciderunt, ex quibus saltem optimas & pulcherrimas quasq; sententias nobis remansisse beneficio & laboribus Plutarchi debemus. Apud Athenæum locus ei est inter multiscios illos dipnosophistas.

Plato qui Aristocles prius, mox Plato uel à latis humeris, uel ab eius orationis amplitudine, uel à spatiosæ frontis æquore nominatus, quidam philosophiæ tanquam sol, hoc est, supernaturalium & cœlestium rerum doctor sublimis, ita ut diuini cognomen meritò omnium consensu sit adeptus, adeò, ut de eo etiam illud sit proditum, quod de uirgine matre Peryctione natus sit, quæ Apollinis compressa fuerit phantasmate. Eius uitam scripserunt Suidas, Diogenes Laërtius, & Marsilius Ficinus, qui Platonem transtulit.

Platonis omnia opera græcè cùm ab Aldo Venetijs olim impressa sunt, tum etiam Basileæ unà cum græcis Procli

commen-

commentarijs in Timæum & Politica.

Platonis libri impreßi & in nouem quaternitates diuisi.

Prima quaternitas.

Eutyphro,uel de sanctitate.
Apologia Socratis, id est,defensio.
Crito,uel de eo quod is egit in carcere,uel de agendo.
Phœdo,uel de animi immortalitate,uel de anima.

Secunda.

Cratylus,uel de recta nominum ratione.
Theætetus,uel de scientia.
Sophista,uel de ente.
Ciuilis,uel de regno.

Tertia.

Parmenides,uel de uno omnium principio,& de ideis.
Philebus,uel de summo bono,uel de uoluptate.
Conuiuium, uel de amore.
Phædrus,uel de pulchro.

Quarta.

Alcibiades primus,uel de natura hominis.
Alcibiades secundus,uel de uoto.
Hipparchus,uel de studio lucrandi, uel de lucri cupiditate.
Amatores,uel de philosophia.

Quinta.

Theages,uel de sapientia.
Charmides,uel de temperantia.
Laches,uel de fortitudine.
Lysis,uel de amicitia.

Sexta.

Euthydemus,uel litigiosus.
Protagoras,uel de moribus sapientiæ professorum.
Gorgias,uel de rhetorica.

Meno, uel de uirtute.
Septima.
Hippias maior, uel de pulchro, uel de honesto.
Hippias minor, uel de mendacio.
Ion, uel de furore poëtico, uel de Iliade.
Menexenus, uel de Attica antiquitate, uel epitaphius.
Octaua.
Clitopho, uel exhortatorius,
De republica, libri decem, uel de iusto.
Timæus de mundi natura.
Critias, uel Atlanticus, uel de Atlantica antiquitate.
Nona.
Minos, uel de lege.
De legibus libri duodecim.
Epinomis, id est, legum appendix, uel philosophus.
Epistolæ duodecim, quæ etiam in græco epistolarum uolumine ab Aldo excusæ sunt.

Libri falsò attributi Platoni, cum græcis eiusdem operibus excusi.

Axiochus, siue de morte dialogus, qui refertur ad Xenocratem autorem.
De iusto.
De uirtute, an doceri poßit.
Demodocus, aut de consulendo.
Eryxias, aut Erasistratus, aut de diuitijs.
Definitiones.
Timæi Locri de natura liber Doricus.

Scripsit etiam Plato admodum iuuenis Dithyrambos, deinde Mela, mox & lyricos uersus. Scripsit & maturior tragœdias. Eius aliquot epigrammata extant apud Athenæũ, Diogenem Laërtium, & 24. etiam in magno uolumine epigrammatum græcorum. Fuit etiam alter Plato comicus.

Ex

Ex uita Platonis per Marsilium Ficinum.

Tres sunt platonicorum species dialogorum: aut enim sophistas confutat, aut adolescentes adhortatur, aut docet adultos. Quæ in epistolis, uel in libris de legibus & Epinomide Plato ipse suo differit ore, certissima uult haberi: Quæ uerò in cæteris lib, Socratis, Timæi, Parmenidis, Zenonis ore disputat, uerisimilia. Stilus Platonis, (ut ait Aristoteles) medius inter solutam orationem & carmen fluit, suauitas & copia tanta, ut Cicero Platonem & intelligendi & dicẽdi grauissimum autorem fuisse dixerit. Adiecit: Si Iuppiter humana lingua loqui uoluisset, nõ alia quàm Platonis lingua fuisse locuturũ. Aristoteles iam in literis prouectus, uiginti continuos annos eum audiuit. & cùm ante illum, omnes inter græcos illustres, ad externas gentes sapientiæ gratia peregrinati fuissent, post Platonis tempora cæteræ nationes Athenas confluxerunt. Ciceronis uerba sunt: Malo cum Platone errare, quàm cum cæteris rectè sentire. Idem cum Panætio Platonem appellat Homerum philosophorum. Mitto illud Quintiliani: Quis dubitet Platonẽ esse præcipuũ, uel acumine differendi, uel eloquendi facundia diuina quadã & homerica? Multũ enim illius oratio supra prosã orationẽ, & quã pedestrẽ Græci uocant, surgit: ut mihi non humano ingenio, sed Delphico quodam oraculo uideatur instructus. Augustinus in libro contra Academicos inquit Christi autoritatẽ omnibus anteponendã: Si autẽ rationibus agendũ sit, apud Platonicos reperire se, quod sacris Christianorũ literis non repugnet. Idẽ Dionysius Areopagita significauit. Eusebius postea & Cyrillus Latinis declarauerunt. Hinc Augustinus in libro de uera religione: Platonici, inquit, paucis mutatis Christiani fierent, &c. Vide plura apud Marsiliũ.

Posidippus Cassandræus poëta fuit comicus. 30. eius fabulæ à scriptoribus colliguntur. Eius poëtæ Stephanus, &

Harpo-

Harpocration meminêre. Alter quoq; fuit Posidippus epigrammatarius. Eius aliquot epigrammata leguntur apud Athenæum in magno uolumine græcorum epigrammatum.

Polyænus rhetor Macedo fuit, scripsit Stratagematum ad Antoninũ & Verum imperatores lib. 8. quibus amplissima fœcundissimaq; rei militaris doctrina continetur, qui é græco sermone in latinum à Iusto Vulteio conuersi Basileæ impreßi sunt.

Polydicus semel aut iterum à Stobæo citatur, pro eo Gesnerus uult esse legendum Polyænus.

Proclus (quidam & Proculus & Proculeius legunt) Lycius, hymnos scripsit, qui post Orphei hymnos impreßi leguntur. Quare illum quidam poëtam faciunt. At certè illustris fuit philosophus platonicus, & eruditionis multiiugæ. Præfuit scholæ Athenis. Scripsit uerò iuxta Suidam, hæc:

Commentarios in totum Homerum.

In Hesiodi opera & dies.

περὶ χρηστομαθίας, βιβλία γ.

περὶ ἀγῶνος, β.

In Rempublicam Platonis, lib. 4.

In Orphei theologiam.

Symphoniam Orphei, Pythagoræ & Platonis.

De Oraculis, libros 10.

De Dijs apud Homerum.

Epicheremata contra Christianos, lib. 18.

Librum Metroacum, quem si quis legat, uidebit non caruisse diuina inspiratione theologiam eius, sic ut non amplius molesti sint luctus qui prima fronte apparent. Suidas. Idem in Hegia Procli meminit.

Prodicus, Cous fuit, quanquam Suidas eum Chium faciat. Floruit Democriti ac Gorgiæ temporibus, librumq; edidit, qui inscribitur Ὧραι, in quo finxit Herculem uirtuti pariter

ac uoluptati congressum, & utraq; adhortante, tandem à uirtute persuasum, alteram spreuisse. Eius meminit Xenophon, Cicero quoq; in officijs. Vide plura apud Volaterranum lib. 28. Ἀνθρωπολογίας, & Φιλολογίας euisdem lib. 34. Vide etiam prouerbiũ apud Erasmum, Manus manũ fricat.

Pythagoras Samius philosophus, patre Demarato, locuplete, ac negociatore. In Ægyptum primò, mox Babyloniã, discendi syderũ cursus gratia, profectus est. Inde regressus, in Cretam ac Lacedæmoniam peruenit, ut Lycurgi & Minois inclytas ea tempestate leges agnosceret. Ad ultimum in Italiam transmittens, Crotone consedit, ubi populos luxuriæ assuetos, autoritate ac doctrina, ad frugalem cultũ reuocauit: matronas ad pudicitiam, iuuenes ad modestiam cohortari cœpit. Eius paßim sanctitate ac uitæ abstinentia inductæ mulieres, auratas uestes, ornamentaq; lasciuiora in templo Iunoni consecrauêre. Sed ex iuuenibus 300. cùm sodalitij iure in sacramento quodam nexi, separatim à cæteris ciuibus religionis ac modestiæ causa agitarent, suspicione clãdestinæ coniurationis, ciuitatem in se conuerterunt. Itaq; eos in unam domum coactos uulgus cremare contendens, omnia tumultu compleuit, ubi 60. periêre, cæteri in exilium profecti. Pythagoras itaq; cùm multos annos Crotone exegisset, Metapontum migrauit, ibiq; deceßit. Cuius tanta fuit admiratio, ut ex domo eius templum facerent, eumq; pro deo colerent Hæc ex Trogi libro 20. Quintilianus autem libro 9. Cicero uerò ait: Tantum opinio de Pythagora præiudicata potuit, ut eius etiam sine ratione ualeret autoritas. Docuit in Italia regnante Seruio Tullo, Liuius et Dionysius autores. Eius Philostratus in principio uitæ Apollonij pluribus uerbis meminit: quemadmodũ ab omnibus abstineret animalibus, animamq; reducem putaret, se propter ea Euphorbũ Troianũ dicebat, deinde pauonem fuisse. Ex

quo

quo Persius noster Pythagoræū adpellat pauonē. De ipsius secta scribit Iamblicus libros tres, qui adhuc extāt, in quos commentaria edidit Simplicius, opus utrunq; in bibliotheca Vaticana conspicitur. Ipsius est apophthegma φίλων πάντα κοινὰ Amicorum omnia communia, &c.

R

RHadamanthi poëtæ uersus citāt Aristoteles & Stobæus

S

SClerias. Scleriæ poëtæ senarios Stobæus citat.

Simonides patria Tulites ab urbe Ceæ insulæ Melicertes cognominatus à cantus suauitate, poëta lyricus, aspectu fœdo & deformi, qui dorico dialecto in scribendis uersibus usus est, quemadmodū plæriq; lyrici alij. Cābysæ & Darij regnū, & Xerxis nauale præliū descripsit: item præliū illud quod ad Artemisiū Promontoriū cōmissū est, uersu elego composuit: quod uerò ad Salaminem factū est, lyrico carmine executus est. Scripsit & Threnos, hoc est, nænias uel lachrymas. Cōposuit itē laudes, hoc est, encomia & epigrammata, quorū adhuc pleraq; leguntur. Scripsit & pæanas & tragœdias. Addit & Herodotus laudes in Eualcidē Eretriorū ducem. Gryphis quoq; & hoc genus poëmatū delectatus est. Composuit etiā hymnum in laudem memoriæ, teste Philostrato. Excessit anno ætatis suæ 90. 80 enim anno carmina adhuc docuit, teste Valerio. Simonidem à Pausania in conuiuio rogatū legimus, ut sapiens aliquod dictū sibi diceret, tū Simonidē risisse, μέμνησο, ἔφη, ἄνθρωπος ὤν, Memento, inquit, quod homo es. Quam uocem cū Pausanias spreuisset, tū demū eius recordatus est, cū in calciæco inclusus fame periret, ter exclamans: ô Cæe hospes. Fuerunt & alij Simonides quorū scripta interierunt omnia.

Simonis cuiusdā epistola ad Aristip. extat apud Stobæū.

Simylus. Simyli senarios aliquot citat Stobæus. Fuit etiā

alius

Alius Simulas poëta, cuius Plutarchus meminit & Dionysius Halicarnassæus, qui res Romanorum uersibus scripsit, sed nescio an idem sit cum Simylo.

Socrates parens morum & philosophiæ & Apollinis testimonio laudatus, qui Chærephonti de Socrate interroganti id oraculum edidit, ἀνδρῶν ἁπάντων σωκράτης σοφώτατος. Filius fuit Sophronisci lapidarij & Phænaretæ obstetricis. Hic æquabilitatem in omni uita seruauit, ut idem semper uultus, eademq; frons, siue prosperis siue aduersis rebus extiterit usq; ad extremum, teste Plinio lib. 7. Primus omnium philosophiã naturalẽ in moralẽ transtulit, philosophiam è cœlo ad res humanas cõuertendo. Animaduertens enim naturalis speculationis fructũ nullũ esse, eamq; ad officia uitæ nihil esse necessariã, inuexit primus ethicen, deq; illa, & in officinis & in publico quoq; philosophans quotidiè, ea potius inquirenda hortabatur quæ mores instruerent, & quorum usus nobis domi esset necessarius. Ideoq; uersum Homeri semper in ore habebat.

ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακῶν ἀγαθῶν τε τέτυκται, Id est,
Aedibus in nostris quæ praua aut recta gerãtur.

Nihil unquam scripsisse constat, sed eius dissertationes à Platone & Xenophonte commemorantur. Rogatus autem aliquando quare nihil scriberet, respondit, ὅτι ὁρῶ τὰ χαρτία πολὺ τῶν γραφησομένων τιμιώτερα, id est, Quia uideo chartam longè preciosiorem quàm scribenda forent, ut in scriptis Aristonis apud Stobæum ostenditur. Accusatus postremò ab Anyto quodam diuite & Melito poëta & Lycone oratore, uel quod de dijs malè sentiret, introductis pro dijs receptis, nouis, nubibus, & huiusmodi: uel quod iuuentutem corrumpere diceretur, proponens ipsis doctrinas impias: in carcerem coniectus est, ubi paulò post bibit uenenum de manu carnificis intrepidus, cùm multa prius ac præclara

de animorum immortalitate disputasset, de quibus meminerunt Plato in apologia pro Socrate, & in Phædone dialogo, Cicero lib. 1. Tusculanarũ quæstionum, & Xenophon in apologia pro eodem. Atq; hic fuit exitus Socratis, qui eorum gratia, quæ à se gesta fuerant, in Prytaneo publicè ali debuerat. Cæterum cùm mox Athenienses facti pœnitentia ducerentur, palæstras & gymnasia clauserunt, tanquam in publico luctu, & alios quidem exilio, alios uerò morte mulctarunt: Socratem uerò ærea imagine publicè honorarunt, quam à Lysippo perfectam in urbis celeberrimo loco statuerunt. Vide comœdiam Aristophanis νεφέλων, quæ extat, & scripta est contra Socratem ab Aristophane in gratiam accusatorum Socratis. De Socratis præclarè dictis & factis paßim multi autores meminêre, inter quos præcipui sunt Plato, Aristoteles, Xenophon, Plutarchus, Athenæus, Ælianus, Diogenes Laertius, qui uitam eius scripsit luculenter, Suidas, & alij.

Solon Atheniensium legislator, philosophus & poëta præstantißimus, cuius uitam copiosè scribunt Plutarchus, Diogenes, & Suidas, uixit tempore Crœsi regis Lydorum potentißimi & opulentißimi, quemadmodum meminit Herodotus lib. 1. suæ historiæ. Eius uersus Plato adeò celebrat, ut eos publicè recitari à pueris in deorum celebritatibus præcipiat. Aristoteles quoq; Solonis elegias laudat. Easdẽ Pausanias quoq; ita uehementes & incitatas fuisse prodidit, ut eo carminis genere Athenienses sunt aliquando ad bella inflammati. Eius elogiæ & uersus citantur à Platone, Aristotele, Aristide rhetore, Demosthene rhetore, Plutarcho, Vlpiano rhetore, Clemente Alexandrino, Philone quoq;, ubi extat elegia de decem hominũ ætatibus, Stobæo & aliquot alijs.

Sophocles Atheniensis, poëta tragicus fuit. Is cum Euripide

pide, ut olim Socrates, ab Apollinis oraculo ſapientes nuncupati fuêre. Philoſtratus iunior, in imaginibus Sophoclē effinxit, eumq́; multis laudibus euehit: nam & Muſarum ſocium ac tripudijs choreisq́; earum intereſſe ait, Muſasq́; ipſas conſectari, & apes quaſi roris guttas eius labris infundere: eius ſcilicet poëtæ ſuauitatem ſignificantes. Nam & ipſe apis, hoc eſt μέλιττα propter ſermonis dulcedinē cognominatus eſt. Apud Plinium, deliciæ Bachi, & apud Pauſaniam noua Siren uocatur. Plinius & Valerius eum gaudio extinctū ſcribunt, accepto de uictoria nuncio. Lucianus autem grano uuæ illum ſtrangulatum prodidit, cùm annum quintum & nonageſimum ageret, quod & Sotadis uerſiculus, qui apud Stobæum extat, etiam probat:

Σοφοκλῆς ῥᾶγα φαγὼν σταφυλῆς πνιγεὶς τέθνηκε.

Sophocles granauorans uuæ ſtrangulatus interijt.

Fabulas centum & uiginti docuit. Scripſit item elegiam. Item mutos uel ſurdos ſatyros, Pæanas, atq́; alia etiam ſoluta oratione. Filiū etiam habuit Iophona & ipſum tragicū. Sophoclis comœdiæ adhuc ſeptem extāt, quæ in 4. cum commentarijs, & in 8. ſine commentarijs, cùm alibi, tum Francofurdæ apud Brubachium impreſſa ſunt. Sunt autem iſtæ 1. Aiax flagellifer. 2. Electra. 3. Oedipus tyrannus. 4. Antigone. 5. Oedipus Coloneus. 6. Trachiniæ. 7. Philoctêtes.

Soſiades quidam conſcripſit ſententias ſeptem ſapientū.

Soſiphanes. Soſiphanis aliquot iambos & ſenarios citat Stobæus.

Sopater. Sopatri ſimpliciter ſine alio cognomine, Sopatri Paphij, Sopatri Phacij Paraedi, qui Bachidos meretricis procos ſcripſit, & Sopatri φλυαρογράφου comici, uaria ſcripta citat Athenæus. Allegat & Stobæus multa fragmenta ex epiſtola Sopatri, quam ille ſcripſit ad Hemerium fratrem, quomodo magiſtratus ei commiſſus adminiſtrandus ſit. Fuit

etiam Sopater Apameus, seu Alexandrinus sophista, quem quidam eum existimant, cuius adhuc quædam extant in arte rhetorica, hoc est, commentarij in Hermogenem ab Aldo expreßi in paruo folio. Sopatri quoq; ad Alexandrum prolegomena, in libros Aristidis de rhetorica, quæ cum eisdem impressa sunt. Item eiusdem quæstiones de componẽdis declamationibus, in causis præcipuè iudicialibus, Aldus olim impreßit græcè, cum alijs quibusdam.

Sosicratis Diadochas, Cretica & Philadelphos, Athenæus citat, & Sosicratis Phanagoricæ οἴους. Et apud Stobæum unum distichon iambicum de philautia extat.

Sotades Cretensis phlyacῶν, hoc est, nugarum carminũ poëta fuit. Primusq; Phlyacas, hoc est, Cynædos condidit, carmina lasciuißima impudentißimaq;, qualia Cynædologica apud ueteres etiam alij scripserunt, Vt Alexander, Ætolus, Pyrrhus, Milesius, Theodoras, Timocharides, Xenarchus. Lysis quoq; ijs cantũ adhibuisse fertur, & ante hũc Simõ Magnesius Melopæus. Perijt miserando mortis genere: Cum enim de rege Ptolemæo plura impudentius scripsisset in plumbeo uase cõclusus in mare demersus est, autore Athenæo. Quãuis Plutarchus in pædagogia ipsũ contabuisse in carcere asserat. Fuit etiã alter Sotades comicus, & itẽ alter scriptor non incelebris, qui de mysterijs librum conscripsit.

Sotion Alexandrinus fuit. Eius Diadochas & librum de Sillis Timonis, Athenæus allegat. Stobæus cùm alia quedam Sotionis, tum ex libro de ira quædam allegat. Citatur etiã Sotion in Constantini Gæoponicis.

Stasimus. Stasimi alias Stasini hexametros duos ex opere Cypriaco recitat Stobæus.

Sthenidæ Locri Pythagorici fragmentum de regno citatur apud Stobæum in sermone de regno.

Stephanus quidam grammaticus græcus, scripsit de urbium

blum & aliorum locorum nominibus ordine alphabeti, siue Lexicon geographicum, in quo præter situs, & descriptiones locorũ, gentilium etiam nomina in masculino & fœminino sexu, quæ à singulis formantur, ostendit. Excusũ Florentiæ apud Iuntas 1521. & Venetijs apud Aldum: utrobiq; corruptum & mutilum. Existimant autem pleriq; doctorum, hoc opus (quod habemus) non esse ipsius Stephani scriptum, sed epitomen inde decerptam ab Hermolao Constantinopolitano grammatico.

Stilpo philosophus fuit Stoicus Megarens. Suidas. Eius meminit quoq; Cicero lib. de fato. Dialogos scripsit 20. qui interierunt. Demetrius Antigoni filius cum cepisset Megara, & uastasset omnia, monuit Stilponem ut ea quæ amiserat, indicaret, ut iterum acciperet omnia, & his fortè plura. Nihil ille suũ se perdidisse respondit, quippe doctrinam & eruditionem sibi ademisse neminem, reliquamq; sibi esse & eloqentiam & disciplinam. Atq; illum erga mortales beneficentiæ admonuit tanta orationis ui, ut rex illius iam studiosus prorsus auditor fieret. Hæc Laërtius in Stilpone.

Strabo philosophus fuit Stoicus, amicitia usus est Ælij Gallicum, quo Nilum nauigauit, ac totam ferè Ægyptum, bonamq; Aphricæ partem lustrauit. Quin & totã Vlyßis nauigationem peregrinationibus imitatus, ut eam diligentius interpretaretur, insigniora orbis loca circumlustrauit. Claruit Romæ temporibus Augusti & Tiberij. Scripsit itẽ de Parthorum moribus, de rebus Italicis, & de gestis Pompeij, quem librum Iosephus in antiquitatibus citat, & alicubi ad uerbum nonnulla indidem transcribit. Ex præfatione autoris. Varia est huius instituti utilitas, quæ iam ad res urbanas actionesq; principum, nonnulla ad cœlestium, terrestrium, rerumq; maritimarum scientiam, animalium, plantarũ, fructuum, & aliorũ, quæ penes uniuersos cernũ

tur. Permulta paßim Homeri carmina citat & interpretatur. Strabo Homericæ philoſophiæ admirator, ac diligẽs rerũ omniũ indagator, Chorographiã nobis uerius quàm Geographiã tradidit. Henric. Glareanus. Eius geographicorũ lib 17. de ſitu orbis græcè impreßi ſunt Venetijs apud Aldum in folio, anno 1516. & latinè ibidem apud Bartholomæum de Zanis. Item Baſileæ apud Henricum Petri, græcè & latinè è regione, in folio anno 1549.

Suidas uolumen congeßit amplißimum, philologiam inſignem & uariam. In eo opere exponuntur non dictiones ſolùm, ſed hiſtoriæ quoq; plurimæ paßim ad uerbum ex aliorum libris deſcriptæ: uitæ clarorum uirorum & autorum ſcripta perſtringuntur. Multa etiam ex eccleſiaſticis hiſtorijs inſunt, & ſæpè de ſcriptoribus eccleſiaſticis eadem planè uerba ponũtur, quæ à D. Hieronymo. Excuſum eſt in Italia Romæ (opinor) & Venetijs apud Aldum, & Baſileæ in officina Frobeniana, anno 1544. in folio, chartis 198.

Autores ex quibus Suidæ uolumen auctum eſt, hi ſunt:

Eudemus rhetor de dictionibus, ordine alphabeti.

Helladius ſimiliter, qui uixit ſub Theodoſio iuniore.

Eugenius ex Auguſtopoli Phrygiæ urbe, de uarijs dictionibus, ordine alphabeti.

Zoſimus Gazæus de dictionibus rhetoricis, ordine alphabeti.

Cæcilij Siculi eclogæ dictionum, ordine alphabeti.

Longinus Caßius de dictionibus, ordine alphabeti.

Luperci Berytij Atticæ dictiones.

Iuſtini Iulij ſophiſtæ epitome gloſſarum Pamphili, lib. 91.

Pacatus de conſuetudine Attica, ordine alphabeti.

Pamphili pratum uariarum dictionum, quod continetur libris 95. nempe, ab e tenui, uſq; ad o magnum. Nam quæ ab alpha uſq; ad delta ſunt, Zopyrion fecerat.

Poli-

Polionis Alexandrini Atticarum dictionum collectanea, ordine literarum. Non dubito quin etiam ex alijs multa in hoc opus congesta sint: nam & Harpocrationis pleraq; insunt, & multa ex uarijs gentilium & Christianorum historiographis, quorum nullus nominatur inter illos undecim.

Susarion Comicus Megarensis, qui cùm morosæ admodum atq; infestæ uinctus esset mulieri, in Dionysiorum celebritate theatrum ingressus, hæc quatuor carmina cecinisse traditur,

Audite populus, Susarion hæc dicit,
Filius Philini Megarensis tripodiscius:
Malum sunt mulieres, sed tamen ô populares
Non est domum inuenire sine malo.

Atq; hæc quidem tantùm de Susarione reperiuntur.

T

Teles. Teletis librorum de antarcia, de casibus, de exilio, de imperturbatione, fragmenta quædã supersunt apud Stobæum.

Thales Milesius fuit unus ex septem Græciæ sapientibus qui eodem tempore in Græcia floruerunt. Hic obijt Olympiade 58. cùm certamen spectaret, æstu ac siti fatigatus. Hic fuit Geometriæ penes græcos primus repertor, & naturæ seu rerum certißimus explorator, & astrorum peritißimus contemplator, qui obseruasse fertur temporũ ambitus, uentorum flatus, stellarum motus, tonitruum sonora miracula, syderum obliqua curricula, solis quoq; annua reuerticula. Eius uitam scribit Laërtius, Suidas quoq;. Eius uerò sapienter dicta referuntur cùm à Plutarcho, tum alijs. Fuit etiam alter Thales Cretensis poëta lyricus, quem è Creta Solon Spartã misit, cuius odis ac poësi Spartani deliniti, animorum feritatem nimiam, ex Lycurgi legibus imbutam, castigabant. Autor Plutarchus in Solone.

Themistij Euphradæ (ob eloquentiam sic dicti) Peripa

tetici nobilißimi, tempore Iuliani apostatæ, à quo & prætor creatus est Constantinopoli, opera omnia, excusa Venetijs græcè in officina Aldi 1534. in folio, cum Alexandri Aphrodisi libris de anima & fato. Omnium cartæ sunt 89. Sunt autem hæc. Paraphrases in Aristotelis posteriora analytica. De naturali auscultatione. De anima. De memoria & reminiscentia. De somno & uigilia. De insomnijs. De diuinatione per somnum. Eiusdem orationes 8. Philosophus. Ad patrem suum. De amicitia. Sophista. De humanitate imperatoris. De facilitate principis ad audiendũ. Exhortatoria Nicomedensibus ad philosophiam. Ad eum qui rogauerat ut ex tempore orationem haberet. Eædem paraphrases (in quibus Aristotelis uerba, aliàs copiosius, aliàs breuius reddit, interdum & ordinem sententiarum transponit, prout plusculum lucis accessurus scriptis philosophi uidebatur) excusæ sunt latinè, Hermolao Barbaro interprete, Basileæ in officina Curionis 1533 in 4. cum indice copioso, chartis 87. & dimid. Scribit autem Hermolaus in præfatione sua nõ Euphraden, sed Ecphrasten eũ cognominatum esse, ab ecphrasi, quæ est mera puraq; enarratio. Orationes eius, quod sciã, à nemine adhuc translatæ sunt. Extant autem præter superiores, sex aliæ nondum editæ Venetijs apud Diegum Hurtadum Cæsaris oratorem. Themistij sophistæ & præfecti (ἐπάρχε) sermo in calamitosè affectos sub Valente, & in alios, græce extat in Italia. Meminit & Sozomenus lib. 8. Tripartitæ historiæ, libri Themistij ad Valentem, in quo perorat eum esse non oportere, crudelem in consubstantialitatis cultores. &c. Apud Stobæum etiam ex libris eius fragmenta aliquot citantur. Superiore sæculo, lucidus doctor cognominabatur. De characteribus opusculum græcum, Romæ in biblioth. Vaticana. Suidas præter superiores paraphrases in Aristotelem, ait eum scripsisse etiam propria

quædam

quædam de scopo & inscriptione prædicamentorum lib. 1. & Dialexes.

Theocritus Syracusanus Praxagoræ & Philinæ filius Lagi Ptolemæi & Philadelphi regum Ægypti temporibus claruit. Multa eius scripta feruntur, atq; in primis quæ extant Idyllia, bucolico Ionico, & nouo dorico sermone composita. Scripsit etiam Prœtides, Elpides, Heroinas, Epicedia, Charites, Hymnos quoq; in Venerem, in Castores Pana, &c. Elegias etiam Iambos & Epigrammata, de quibus pauca aliquot Basileæ & Francofurdiæ cum Idillijs impressa sunt. Obijt tetro & infelici mortis genere præstrictis faucibus, quod in Hieronis tyranni filium inuectus esset. De eo meminit Ouidius in Ibide hoc disticho: Vt ue Syracusio præstricta fauce poëtæ, Sic animæ laqueo sit uia clausa tuæ. Fuit etiam alius Theocritus Chius Philosophus interfectus ab Antigono, quemadmodum meminit Macrobius & Plutarchus in παιδαγωγίᾳ.

Theodectes Phaselites ex Lycia, poëta fuit tragicus, autore Stephano, Platonis, Aristotelis & Isocratis etiam discipulus. De eo scribit Aristeas in eo opusculo quod ad Philocratem fratrem de septuaginta duobus diuinæ legis interpretibus ædidit. Theodectem luminibus captũ, cum in quadam tragœdia, sacra quædam prodere uoluisset: uisũ uerò deinde recepit multorum dierum supplicationibus & precibus. Meminit eiusdẽ historiæ Iosephus lib. 12. ἀρχαιολογίας. Eusebius quoq;. Tragœdias scripsit 50. Scripsit etiam carmine artem rhetoricã, gryphos etiam. Ea autem memoria excelluit: ut semel auditos quamlibet multos uersus, protinus reddere solitus sit, ut scribit Fabius. Idem facere soliti sunt nostro tempore, Ioannes Picus & Ioannes Sadoletus, & apud ueteres plurimi. Diem clausit extremum annos natus quadraginta & unum.

Theognis poëta Elegiographus Megarensis, ex Sicilia fuit, quemadmodum scribit Plato. Scripsit ad Cyrnum Elegiã quæ Gnomæ, id est, sententiæ inscribitur, & adhuc extant. Impreßit eas primo omnium Aldus elegantißimo charactere ante annos 60. in folio, cum Theocrito, distichis Catonis græcè, sententijs sapientum, Aureis carminibus Pythagoræ, Phocylidæ poëmate admonitorio, operibus Hesiodi, sententijs μονοστίχοις ex comœdijs Menandri, ut creditur, olim collectis, & aliquot alijs. Deinde iterum Ioannes Frobenius Basileæ, in 8. anno 21. cum fabulis Æsopi græcè. Hesiodo, Pythagora, Phocylide, Senarijs, & aliquot alijs omnib. in uno libro cõiunctis. Et hisce annis præteritis Oporinus cum græcis commentarijs Ioachimi Camerarij. Scripsit etiam Theognis de Syracusarũ obsidione, item parænefes diuersas ab elegia ad Cyrnum, de qua iam diximus, sed eas nonnũquã obscœnis amoribus coinquinauit, unde & Athenæus ipsum inter eos connumerat, qui uoluptatibus mancipati fuère. De eo Theognide Ioannes Frobenius in præfatione quem libro iam nominato præfixit, hæc scribit: Contiguus Hesiodo est Theognis poëta Megarensis, qui quidem antiquitatis autoritate non uideo cui cedat, breuitate conspicuus, sententijs insignis, elegantia præcipuus. Quid paræneticis illis Elegijs felicius? Quid in condendo poëmate diuinius? Si quidem extarent, quæ ad octingenta & duo millia eius carmina desiderantur. Vide quæ de Theognide & eius scriptis doctißimè disputantur in græcis Prolegomenis in eum autorem Ioachimi Camerarij. Fuit etiam alius Theognis tragicus, sed illepidus & frigidus, unde & Chion à niue uidelicet cognominatus est. Suidas.

Theophrasti Eressei, primùm quidem Platonis, mox Aristotelis quoq; discipuli, & in philosophiæ profeßione successoris, omnium uerò philosophorum (M. Tullij quoq; te-

stimonio

stimonio) elegantißimi atq; eruditißimi, opera Græca, quæ quidem à tot seculis adhuc restant, omnia: nunc primùm in unū uolumen redacta, & à multis mendis, doctorum industria, ac meliorum exemplarium ope, repurgata. Io. Oporinus impreßit Basil. 1541. in folio, chartis 77. Acceßit quoq; Ioachimi Camerarij præfatio, in quā cùm de præstita in hisce omnibus opera, tum de Simonis Grynæi pietate, eruditione ac obitu disseritur: unà cum Epicedio in eundem. Contenta in hoc uolumine:

Theophrasti uita ex, Diogene Laertio.
De plantarum historia, lib. 10. sed decimi libri paucißimi tantùm uersus extant.
De plantarum causis, lib. 6.
Aristotelis de plantis, lib. 2.
Theophrastes de lapidibus, lib. 1.
De piscibus, lib. 1.
De igne, lib. 1.
De uentis, lib. 1.
De signis aquarum & uentorum, lib. 1.
De uertigine oculorum, lib. 1.
De laboribus, lib. 1.
De odoribus, lib. 1.
De sudoribus, lib. 1.
Characteres morales, siue de notis, lib. 1.
Metaphysicorum, lib. 1.
Prisciani philosophi Lydi expositio Theophrasti de sensu.
Eiusdem expositio Theophrasti de phantasia.

Libri de historia & causis plantarum, Theodoro Gaza interprete, excusi sunt Parrisijs apud Vuechelum, in 8. cum duplici indice uocabulorum rariorum Græcorum, ut plantarum & huiusmodi, cum interpretatione Gazæ: in uno græca proponuntur, in altero latina, & Basileæ apud Cra

tandrum in folio, cum indice copioso, adiectis etiam Aristotelis problematibus eodem interprete. Characteres etiam si ue notæ morum à Cratandro impressæ sunt seorsim, græcè & latinè Ang. Politiano interprete. Metaphysicorũ liber cum latinis operibus Aristotelis Basileæ nuper impressis, translatus habetur. Reliqui libelli, quod sciam, à nemine tra ducti sunt, utpote magna ex parte manci & corrupti. Aliquot eorum olim Aldus excudit græcè cum græcis operibus Aristotelis. In libris de plantis permulta insunt plantarum nomina, quæ neq; medicis, neq; alijs eruditis hodiè cognoscuntur, mutatis nimirũ nominibus apud posteriores: haud enim similia apud alium quenquam eiusdem argumenti au torem inueniuntur. Theophrasti librum de legibus allegat Iosephus libro 1. contra Appionem. Vide Suidam.

Theopompus Guidius & orator & historicus post Thucydidem & Herodotum: quibus ut in historia minor, ita oratori magis similis: ut qui antequã esset ad hoc opus sollicitatus, diu fuerit orator. Quintilianus. Suidas autem de eo sic ait: Theopompus, Chius, & Ephorus historici, discipuli Isocratis, alter freno, alter calcaribus indigebat. Scripsit historiã græcam quæ post bellũ Peloponnesiacum à Thucydide scriptum continet. Præterea epitomen historiæ Herodoti & alia plura. Fuit etiẽ alius Theopompus Theodectis filius Atheniensis, ueteris comœdiæ scriptor, cuius & Pollux & Athenæus meminerunt, qui fabulas 24. docuisse traditur. Fuit etiam Theopompus rex Spartanorum, cuius meminit Valerius & Quintilianus.

Thucydides, Atheniensis historicus, patre Oloro, genus à ducibus Milciade & Cimone, qui & ipsi ab Æaco Iouis filio originem habuêre, duxit: ut Didymus in historia testatur. Vxorem duxit è Thracia oriundam, alioqui diuitem, cuius opes adsecutus, non in uoluptates, sed partim in ociũ

literarum

literarum erogauit. Nam bellum Peloponnesiacum scribere aggressus, quo illud gerebatur, Atheniensibus pariter ac hostibus Lacedæmonijs militibus, qui bello interessent, mercedem præbebat, uti res quotidie ueras ei renunciarent: quas fidelius accipere sperabat, si non solùm ab amicis, sed etiam ab inimicis edoceretur, ne partes quisq; suas, falsò tueretur. Præceptores habuit in philosophia, Anaxagorã, & in rhetorica, Antiphontem. Cuius & ipse in 8. historiæ meminit, dicens eum causam fuisse perdendæ reipub. ac cõstituendæ tyrannidis trecentorum. Ex Marcellino græco scriptore. Quintilianus lib. 10. cap. 1. de Thucydide sic scribit: Thucydides (inquit) & Herodotus, longè cæteris in historia præferendi, quorum diuersa uirtus, laudem penè est parem consecuta. Densus & breuis & semper instans sibi Thucydides: dulcis & candidus, & effusus Herodotus. Ille concitatis, hic remißis affectibus melior. Ille concionibus, hic sermonibus. Ille ui, hic uoluntate. Dionysius Halicarnasseus scribit Demosthenem adeò Thucydidis stylum probasse, ut eius librũ octies scripserit, totumq; ferè edidicerit. Cicero in Bruto, Thucydidem (inquit) i nitamur optime, si historiã scribere, non si causas dicere cogitamus. Thucydides enim rerum gestarum syncerus pronunciator, & grandis etiam fuit: hoc forense concertatorium non tractauit genus. Orationes autem, quas interposuit (multæ enim sunt) eas ego laudare soleo, imitari neq; poßim, si uelim, nec uelim, fortasse, si poßim. Hactenis Cicero. Thucydidis Atheniensis historiographi de bello Peloponnesium & Atheniensium, (cui ipse interfuit, circa olympiadem 87.) libri 8. græci, impreßi Florentiæ apud Bernardũ Iuntam 1506. in folio: cum antiquis & utilißimus commentarijs græcis anonymis, ubiq; iuxta textum adiectis: chartis 80. & Basileæ apud Heruagium, 1540. in fol. chartis 99. ex castigatione

Ioachimi

Ioachimi Camerarij, cum annotationibus eiusdem: sed in hac æditione commentarij seorsim excusi sunt, non ad textum appositi, autor commentariorum ignoratur. Vide apud Suidam de Thucydide, & encomium eius in Aphthonij progymnasmatis, & alia quæ ex Marcellino, Dionysio &c. Græcæ æditioni præmittuntur de uita & scriptis huius autoris. Idem opus à Laurentio Valla latinitate donatum, & per Conrad. Heresbachium recognitum, impressum est Coloniæ anno 1527. & rursus 1543. in fol. cum indice, in quo etiam indicatur, quæ paßim Thucydides de se ipso scripsit.

Timocles *Duo recensentur, ambo Comici, prior quidẽ Atheniensis cuius fabulæ sex feruntur: alterius patria ignoratur, eius fabulæ fuerunt undecim. Citantur cùm ab alijs græcis grammaticis, tum à Suida & Athenæo.*

c. Eius rei plurima sunt exēpla apud Plutarchum & Liuium: & quid Lucianus hoc loco uelit, nostro tēpore exponunt milites domino suo insultantes sæpe & extremis cō uitijs insectantes, sæpe etiam ab armis ægre temperantes.

uineas uaſtent:ſed ſimulatq; tubam audieris,ſi tamen audieris,de te ipſo uno circunſpectas,quò deflexus ſeruari queas,ac diſcrimen diffugere.Contrà illitum de ſeſe ſolliciti ſunt,tum animo ~~diſcruciātur,~~ quum de mœnibus quicquid opum poßidebant in agris,id omne tolli,deportariq; conſpiciunt.Ac ſiue inferendū eſt aliquid in ærariū,ſoli accerſuntur:ſiue in prælitū exeundū,periclitātur:aut peditū turmis,aut equitū alis præfecti.Tu interim uimineū gerens clypeū,expeditus ac leuis,ad ſaluti cōſulēdū,paratus uictoriale cōuiuiū agere,ſi quādo uictor exercitus ſacra fecerit.Rurſum pacis tempore,tu quidē quū de plebe ſis,ingreſſus in cōcionē tyrannidē in diuites obtines,illi uerò trepidāt.pauitantq; ac largitionibus,choragijsq; te placāt,ſiquidem quo tibi balnea,ludi.ſpectacula,reliquaq; id genus abundè ſuppeditent,ea omnia curāt illi.At tu, cenſor & acerbus expenſor,perinde quaſi dominus, ne alloquio quidem interdum dignaris illos:quòd ſi tibi collubitum ſit,ingentibus ſaxis in illos degrādinas, uel facultates eorum publicas facis:ipſe neq; calumniatorem metuis,neq; latronem,ne tollat aurum,uel ædium[b] cōſcenſo faſtigio,uel pariete perfoſſo:neq; neceſſe habes rationibus occupari,neq; exactionibus: neq; tibi cum ſceleratis diſpenſatoribus conflictandū eſt,neq; tantas in ſollicitudines diſtraheris:uerùm ſimulatq; crepidā unam perfeceris,mercedemq; retuleris ſeptē obolos.ſero ſurgis crepuſculo:& ſi libuerit, lauaris,tum empto[c] ſaperda quopiam,aut mænide pi

a. φθόνος γὰρ πρὸς τὸν ἔχοντα μόνον ἕρπει, ut dixit Sophocles.

b. πένητος ἀνδρὸς ἐδὲν εὐτυχέστερον, τὴν γὰρ ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολὴν οὐ προσδοκᾷ. Diphilus apud Stobæū.

c. Nomina ſunt piſcium quorū meminit Athenęus lib. 3. δειπνοσοφιστῶν.

κρομμύων κεφαλίδας ὀλίγας πριάμενος. εὐφραίνεις σαυτὸν, ᾄδων τὰ [a] πολλὰ, καὶ τῇ βελτίστῃ πενίᾳ προσφιλοσοφῶν. ὥστε διὰ ταῦτα ὑγιαίνεις τε, καὶ [b] ἔρρωσαι τὸ σῶμα καὶ διακαρτερεῖς πρὸς τὸ κρύος, οἱ πόνοι γάρ σε παραθήγοντες, οὐκ εὐκαταφρόνητον, ἀνταγωνιστὴν ἀποφαίνουσι πρὸς τὰ δοκοῦντα, τοῖς ἄλλοις ἄμαχα εἶναι. ὥστε οὐδέν σοι τῶν χαλεπῶν τούτων νοσημάτων προσέρχεται, ἀλλ᾽ ἤν ποτε κοῦφος πυρετὸς ἐπιλάβηται, πρὸς ὀλίγον ὑπηρετήσας αὐτῷ, ἀνεπήδησας εὐθὺς, ἀποσεισάμενος τῇ [c] ἀσιτίᾳ, ὁ δὲ φεύγει αὐτίκα, φοβηθείς σε, ψυχρόν τε ὁρῶν ἐμφορούμενον καὶ μακρὰν οἰμώζειν λέγοντα ταῖς ἰατρικαῖς περιόδοις, οἱ δὲ, ὑπ᾽ ἀκρασίας ἄθλιοι, τί τῶν κακῶν οὐκ ἔχουσι, [d] ποδάγρας καὶ [e] φθόας, καὶ [f] περιπνευμονίας καὶ [g] ὑδέρους, ταῦτα γὰρ, τῶν πολυτελῶν ἐκείνων δείπνων ἀπόγονα. τοιγαροῦν οἱ μὲν αὐτῶν, ὥσπερ ὁ [h] Ἴκαρος, ἐπὶ πολὺ ἄραντες αὑτοὺς, καὶ πλησιάσαντες τῷ ἡλίῳ, οὐκ εἰδότες, ὅτι κηρῷ [i] ἥρμοστο αὐτοῖς ἡ πτέρωσις, μέγαν ἐνίοτε τὸν πάταγον ἐποίησαν, ἐπὶ κεφαλὴν, ἐς πέλαγος ἐμπεσόντες. ὅσοι δὲ κατὰ τὸν Δαίδαλον, μὴ πάνυ μετέωρα, μηδὲ ὑψηλὰ ἐφρόνησαν, ἀλλὰ πρόσγεια, ὡς νοτίζεσθαι

προσφιλοσοφῶν

a. Ponitur aduerbialiter pro πολλάκις.

b. Secunda persona est præteriti passiui uerbi ῥώννυμαι.

c. Morbū curatrix abstinētia.

d. φθόας tabes intelligit, quæ propriè sunt pulmonis exulceratio. Is morbus πτερυγώδης etiam appellatur Medicis, quod phtisi laborantibus scapulæ instar alarum auiū promineant.

e. Podagra morbus est qui initium à pedibus sumit, unde etiā nomē accepit. πόδαγρα autē laqueum significat, quasi ποδὸς ἄγρα pedis captura. f. περιπνευμονία, inflāmatio pulmonis cū febre acuta. g. Hydropē seu aquā intercutem intelligit, cuius medici tres species faciunt. h. Alludit ad fabulam notissimā de Dædalo architecto insigni Atheniense, qui unà cum filio Icaro è Creta alis quas cera sibi & filio agglutinarat in altū se eleuās, tyrānidē & irā Minois fugiebat, quēadmodū est apud Virgil. 6. Æneidos. Ouid. quoq; lib. 8. Metamorphoseos.

i. Plusquàm perfectum passiuum ab ἁρμόζομαι.

ſciculo, aut paucis ceparum capitulis, temetipſe oble-ctas, canens plerunq;, optimaq; cum paupertate phi-[a] losophans, adeò ut eas ob res ſalubri ſis, ualentiq; cor pore, obdurueriſq; aduerſus gelu: ſiquidem labores, qui te exacuunt, muniuntq;, certatorē haud quaquā contemnendū reddunt aduerſum eas res, quæ com-pluribus inexpugnabiles eſſe uidētur. Atq; hinc nul lus ex morbis illis grauioribus impetit te. Quòd ſi quādo leuis cœperit ſebricula, paulo negocii eam me dicatus, protinus exilis, media temet inde excutiens, illa porrò fugit illico: quippe metuens te, quem uideat etiam frigore ali, ſaturumq; fieri, ac medicorū certis illis recurſibus longum plorare renunciantem. At[a] illi ex aduerſo propter intemperantiam uitæ, quid tan-dem mali non habēt infelices? Podagras, phthiſes, pul monum exulcerationes, aquas intercutes. Nam[b] hæc omnia à ſumptuoſis illis conuiuijs naſcuntur. Proinde quicunque ex his Icari in morē, (ut ferè faciunt) ſeſe attollunt, propiuſq; ſe ſoli admonēt, haud cogitantes, quòd alas habeant cæra adglutinatas, ingentem non-nunquam ſtrepitum mouent in pelagus delapſi. Cæte rum qui Dædali exemplo non admodum ſublimia, neque excelſa appetunt: uerùm humilia, terræq; uici-

a. Qui morbi ex intemperan tia oriantur.

b. Vides ut pal lidus omnis, Cœna deſurgat dubia? quin corpus onu-ſtum Heſternis uitijs animum quoq; prægra uat una. Atque affigit humo di uinæ particu-lam auræ. Al ter ubi dici ci-tius curata ſa-pori. Membra dedit uegetus præſcripta ad munia ſurgit. Horat. lib. 2. Sa tyrarum.

ἐνίοτε τῇ ἅλμῃ τὴν κηρὸν, ὡς τὸ πολὺ οὐ πάνυ ἀσφαλῶς διέπλευσεν. ΜΙ. ἐπιεικεῖς τινας, ὦ συνετώτατε λέγεις. ΑΛΕ. τῶν μὲν τοί γε ἄλλων, ὦ Μίκυλλε, τὰς ναυαγίας πάνυ αἰσχρὰς ἴδοις ἂν, ὅταν ὁ Κροῖσος, περιτετιλμένος τὰ πτερὰ, γέλωτα παρέχῃ Πέρσαις, ἀναβαίνων ἐπὶ τὴν πυρὰν, ἢ Διονύσιος καταλυθεὶς τῆς τυραννίδος, ἐν Κορίνθῳ γράμματα διδάσκῃ μετὰ τηλικαύτην ἀρχὴν, παιδία συλλαβίζειν ἀναγκάζων. ΜΙ. εἰπέ μοι, ὦ Ἀλεκτρυὼν, σὺ δὲ, ὁπότε βασιλεὺς ἦσθα, φῂς γὰρ καὶ βασιλεῦσαι, ποίου τινὸς ἐπειράθης ἐκείνου τοῦ βίου. ἢ που πανευδαίμων ἦσθα, τὸ [a] κεφάλαιον ὅ τι περ ἐστὶ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων, ἔχων; ΑΛΕ. μὴ δὲ ἀναμνήσῃς με, ὦ Μίκυλλε, οὕτω τρισάθλιος ἦν τότε. τοῖς [b] μὲν ἔξω πᾶσιν, ὅπερ ἔφησθα, πανευδαίμων εἶναι δοκῶν, ἔνδον δὲ μυρίαις ἀνίαις συνών. ΜΙ. τίσι ταύταις, παράδοξα γὰρ καὶ οὐ πάνυ πιστὰ φῄς. ΑΛΕ. ἦρχον μὲν οὐκ ὀλίγης χώρας, ὦ Μίκυλλε, παμφόρου τινὸς καὶ πλήθει ἀνθρώπων, καὶ κάλλει τῶν πόλεων, ἐν ταῖς μάλιστα θαυμάζεσθαι ἀξίας ποταμοῖς τε ναυσιπόροις καταῤῥεομένης, καὶ θαλάττῃ εὐόρμῳ χρωμένης, καὶ στρατιὰ ἦν πολλὴ καὶ ἵππος συγκεκροτημένη, καὶ

[a] Quemadmodum Pindarus de Regio fastigio & honore dixit. τὸ δ᾽ ἔσχατον κορυφοῦται βασιλεῦσι. Olympio. primo.

[b] Τὸ μὲν πρόσωπον ἡδὺ τἀν δόμοισι δὲ λυπηρὰ, quemadmodum de regibus ab Euripide dicitur. Et Xenophon ἡ τυραννὶς τὰ μὲν δοκοῦντα ἄξια κτήματα εἶναι, ἀνεπτυγμένα θεᾶσθαι φανερῶς πᾶσι παρέχεται, τὰ δὲ χαλεπὰ ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν τυράννων κέκτηται ἀποκεκρυμμένα ἔνθα περ καὶ τὸ εὐδαιμονεῖν καὶ τὸ κακοδαιμονεῖν τοῖς ἀνθρώποις ἀπόκειται. in Hierone.

δορυ-

na, adeò ut cæra nonnunquam salis aspergine madescat, ij tutò plerunq; ac citra discrimen transuolarunt. MIC. *Moderatos istos & cordatos narras.* GAL. *Verùm aliorum Micylle naufragia fœdißima conspicias: nempe ubi* [a] *Crœsus reuulsis alis risum exhiberet* [b] *Persis, cõscenso rogo: aut Dionysius quũ abdicatus tyrannide, Corinthiorum in urbe ludi literarij magistrum ageret, post gestũ imperium puellos compellẽs ut syllabas connecterent.* MIC. [c] *Dic mihi Galle, tu quum rex esses (nam ais te regem quoq; fuisse) cuiusmodi tandem id uitæ genus experiebaris? Mirum ni tum felix eras, quandoquidem id quod est bonorum omnium caput poßidebas.* GAL. *Ne mihi in memoriam regeras ô Micylle, usq; adeò supra modum infelix tum eram. Nam quo ad res externas, quemadmodũ* [d] *dixisti, planè fortunatus esse uidebar: at intus innumerabilibus curis distringebar.* MIC. *Quibus tandem curis? Nam rem prorsus absurdam, neque credibilem narras.* GAL. *Equidem imperabam regioni neutiquam exiguæ Micylle, omni iugarum rerum feraci, tum incolarũ frequentia, neq; non urbiũ pulchritudinis cum primis admirandæ: præterea fluminibus nauigabilibus, ac mari portuoso commodæ. Ad hæc exercitus ingens, equitatus spectatißimus atq; excel*

a. Crœsi historia luculenter exposita ab Herodoto lib. 1. habetur hymno Olympio. Pindari.
b. Vide prouerb. apud Erasmum, Dionysius Corinthi. Ouidij etiã uersus de Dionysio tales sũt.
Ille Syracusia modò formidatus in urbe Vix humili duram reppulit arte famem. lib. 4. de ponto. Et iterũ
Vilia qui quondam miseris alimẽta negarat, Nunc mendicato pascitur ille cibo. 5 Tristiũ Elegia 9.
c. Hactenus quæ priuatis ac ciuibus accidũt, iam quæ regibus ac principibus, ac primum quæ speciosa uidẽtur cõmemorat.
d. Τοῖς μὲν ἔξω *illis quæ foris sunt pro exterioribus seu externis græco more, ubi aduerbium iunctum habens articulum fit nomen.*
e. Ἔφησθα, *pro* ἔφης.

δορυφορικὸν οὐκ ὀλίγον, καὶ τριήρεις, καὶ χρημάτων πλῆθος ἀνάριθμον, καὶ χρυσὸς ὁ κοῖλος πάμπολυς, καὶ ἡ ἄλλη τῆς ἀρχῆς τραγῳδία πᾶσα, οὐ παρὰ βολὴν ἐξῳγκωμένη. ὥστε ὁπότε προΐοιμι, οἱ μὲν πολλοὶ προσεκύνουν, καὶ θεόν τινα ὁρᾶν ᾤοντο, καὶ ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις συνέθεον ὀψόμενοί με. οἱ δὲ καὶ ἐπὶ τὰ τέγη ἀνιόντες. ἐν μεγάλῳ ἐτίθεντο ἀκριβῶς ἑωρακέναι τὸ ζεῦγος, τὴν ἐφεστρίδα, τὸ διάδημα, τοὺς προπέμποντας, τοὺς ἑπομένους. ἐγὼ δὲ εἰδὼς, ὁπόσα με [a] ἠνία, καὶ ἔστρεφεν, ἐκείνοις μὲν τῆς ἀγνοίας συνεγίγνωσκον, ἐμαυτὸν δὲ [b] ἠλέουν, ὅμοιον ὄντα τᾶς μεγάλοις ἐκείνοις Κολοσσοῖς [c], οἵους ἢ Φειδίας ἢ Μύρων ἢ Πραξιτέλης ἐποίησεν. ἐκείνων γὰρ ἕκαστος τὰ ἐκτὸς ὁ μὲν Ποσειδῶν, ἢ Ζεύς ἐστι πάγκαλος, χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος ξυνειργασμένος, κεραυνὸν ἢ ἀστραπὴν, ἢ τρίαιναν ἔχων τῇ δεξιᾷ, ἢν δὲ ὑποκύψας ἴδῃς τά γε ἔνδοθεν, ὄψει μοχλούς τινας καὶ γόμφους, καὶ ἥλους διαμπὰξ διαπεπερονημένους, καὶ κορμοὺς καὶ σφῆνας, καὶ πίτταν ὑποπηλον, καὶ τοιαύτην τινὰ πολλὴν ἀμορφίαν ὑποικουροῦσαν. ἐῶ λέγειν μυῶν πλῆθος ἢ μυγαλῶν, ἐμπολιτευόμενον αὐτοῖς ἐνίοτε. τοιοῦτόν τι καὶ βασιλεία ἐστίν. ΜΙ. οὐδέπω ἔφησθα τὸν πηλὸν, καὶ τοὺς γόμφους καὶ μοχλοὺς, οἵ τινες εἶεν τῆς ἀρχῆς, οὐδὲ τὴν

a. Imperfectū contractum est ab ἀνιάω.

b. Imperfectū ab ἐλέω.

c. Antigonus Rex ad uetulā quandam quæ felicitatē eius prædicabat, quod gestaret aureum diadema, εἰ ᾔδεις ὦ μῆτερ ὅσων κακῶν μεστόν ἐστι τοῦτο τὸ ῥάκος, δείξας τὸ διάδημα, οὐκ ἂν ἀπὸ κοπρίας κείμενον αὐτὸν ἐβάστασας. Stobæus oratione 47 de uituperio Tyrannidis.

τοῖς

lens, satellitium haud exiguum, triremes, pecuniarũ uis maior quàm ut posset numerari, uasorum argẽteorum plurima copia, reliquaq; omnis illa principatus tragœdia, strepitusq; & apparatus supra quàm credi queat, extructus atq; accumulatus. Itaque quum prodirem, pleriq; adorabant, deum quempiam intueri sese rati, alijq; trudentes alios concurrebant, quo me conspicerent, nõnulli conscensis tectis, magni æstimabant: si plenè contemplari licuisset quadrigam, stragulã, diadema, tum anteambalones, & eos qui à tergo comitabantur. Ergo inter hæc mihi conscius, quantæ me res discruciarent, uersarenq;, illos quidem propter inscitiam uenia dignos iudicabam, at mei ipsius miserescebat, qui prægrandibus illis[a] Colossis uiderer persimilis: quales uel[b] Phidias, uel Myron, uel Praxiteles fabricatus est. Etenim illorum quisque quo ad ea,[c] quæ foris apparent, Neptunus ipse est, aut Iupiter, mirificè decorus auro, eboreq; compactus: et aut fulmen, aut fulgur, aut tridentẽ fuscinã dextra sustinet: cæterũ si immisso capite quæ sunt intus inspicias, uidebis uectes quosdam, paxillos, & clauos introrsum prominentes, neque non uimina, cuneosq; & picem sublitam, & aliam item id genus deformitatem intrinsecus habitantem. Omitto recensere muscarũ, mustelarumq; uim, quæ nonnunquã in eis mansitant. Huiusmodi quædam res nimirum regnum quoque uidetur. MIC. Nondum explicuisti lutum & clauos, & uectes, qui nam fuerint in imperio, neque fœdita-

a. Tres insignes fuere statuarij quorum opera præclara prædicat Plinius lib. 36. mundi suæ historiæ.

b. Vide apud Erasmum prouer. Paries dealbatus.

c. Τὰ ἐντὸς, pro κατὰ τὰ ἐντὸς, aduerbio posito pro nomine propter articulum.

τὴν ἀμορφίαν ἐκείνην τὴν πολλήν, ἤ τις ὄψιν. ὡς τό γε διελαύνειν ἀποβλεπόμενον, καὶ τοσοῦτον ἄρχοντα, καὶ προσκυνούμενον δαιμονίως, ἔοικεν οὕτως Κολοσσιαίῳ παραδείγματι, θεσπέσιον γάρ τι καὶ τοῦτο. σὺ δὲ καὶ τὰ ἔνδον ἤδη τοῦ Κολοσσοῦ λέγε. ΑΛΕ. τί πρῶτον εἴπω σοι, ὦ Μίκυλλε τοὺς φόβους, καὶ τὰ δείγματα, καὶ ὑποψίας, καὶ μῖσος τὸ παρὰ τῶν συνόντων, καὶ ἐπιβουλάς, καὶ διὰ ταῦτα, ὕπνον τε ὀλίγον, ἐπιπόλαιον κἀκεῖνον, καὶ ταραχῆς μεστὰ ὀνείρατα, καὶ ἐννοίας πολυπλόκους, καὶ ἐλπίδας ἀεὶ πονηράς, ἢ τὴν [a] ἀσχολίαν, καὶ χρηματισμούς, καὶ δίκας καὶ ἐκστρατείας καὶ προστάγματα καὶ συνθήματα καὶ λογισμούς. ὑφ᾽ ὧν οὐδὲ ὄναρ ἀπολαῦσαί τινος ἡδέος ἐγγίγνεται ἀλλὰ ἀνάγκη ὑπὲρ ἁπάντων μόνον διασκοπεῖν καὶ μυρία ἔχειν πράγματα. οὐδὲ [b] γὰρ Ἀτρείδην Ἀγαμέμνονα ὕπνος ἔχε γλυκερός, πολλὰ φρεσὶν ὁρμαίνοντα, καὶ ταῦτα, ῥεγκόντων Ἀχαιῶν ἁπάντων. λυπεῖ δὲ τὸν μὲν Λυδὸν ὁ υἱός, κωφὸς ὤν, τὸν Πέρσην δὲ Κλέαρχος, Κύρῳ

a. *Alphonsus Rex Arragonum uir sapiētißimus & doctißimus cū illi & familiaribus ostenderetur rusticus quidam uelut ignauiæ exemplum qui porrectus humi uescebabatur uuis, dixit, Vtinam mihi sic per ociū comedere datum esset à superis. Simile quiddā de Ptolemæo Rege Ægyptij podagra laborante narratur. Eras. lib. 8. Apophthegmatum.*

b. *Extant apud Homerum Iliad.* κ. *& rursum Iliad.* z. *similes habētur de Ioue,* ἄλλοι μὲν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταί, εὗδον παννύχιοι. Δία δ᾽ οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος. Ἀλλ᾽ ὅγ᾽ μερμήριζε κατὰ φρένας. *Et de Ænea suo Virgilius alijs dormientibus. At pius Aeneas per noctem plurima uoluens.*

c. *Darius nothus, Rex Persarum moriens, duos reliquit filios, Artaxerxem qui uocatur Mnemon, & Cyrum Iuniorem, inter hos fratres cùm excitatum esset bellū, Clearchus unus fuit de ducibus exercitus belli, qui deinde interfecto iā Cyro ab Artaxerxe captus, necatus est, de quo est*

apud

fœditatem illam plurimã quæ nam ſit: nam iſtum admodum uectari, tam multis imperare mortalibus, ac numinis inſtar adorari hactenus quidem cum Coloßi exemplo quadrat. Siquidẽ hoc quoq; diuinum quiddam & admirandum: nunc autem quæ ſunt intra Coloſſum exponito. GAL. *Quid primo loco tibi referam Micylle: utrum metus, curas mordaces, ſuſpiciones, odium, quo regem perſequuntur ij, qui cum illo uiuunt: inſidias, atque eas ob res ſomnum rarum, & hunc ipſum pertenuem, ac plena tumultus inſomnia, cogitationes perplexas, ſpes ſemper improbas: an ocij penuriam, & occupationes, iudicia, expeditiones, edicta, fœdera, conſultationes? quibus rebus fit, ut ne per ſomnium quidem aliqua re ſuaui frui liceat, uerùm ut omnibus de rebus ſolus diſpiciat, neceſſe eſt, milleq; negocia ſuſtineat. Quippe nec Agamemnona dulcis habebat Somnus, multigenas uerſantem pectore curas. Idq; quum reliqui omnes Achiui ſterterent. Adde quòd Lydum illum diſcruciat filius* [b] *mutus: Perſam uerò, Clearchus ad Cyrum deſciſcens,*

apud Plutarchũ in Artaxerxe, ubi multa crudeliter facta, tũ à Paraſalyde matre, tũ quoq; ipſo Artaxerxe recitãtur, ſcapharũ ſuppliciũ quo Mithridates affectus eſt, tum alio iſtis non mitiora.

a. ἦν κρεῖττον ἐπὶ στιβάδος κατακείμενον καὶ θαρρῶν ἢ ταράττεσθαι χρυσῆν ἔχοντα κλίνην. Phocion apud Stobæũ. Et rectè dixit quoq; χρυσόστομος, Ἐν τῷ διαφέρομεν τῶν πλουτούντων οἱ πένητες τῇ ἀμεριμνίᾳ καὶ καταγελῶμεν αὐτῶν ἀγρυπνούντων αὐτοὶ καθεύδοντες. Apud Meliſſam, oratione 32. *b.* *Crœſi filium mutũ intelligit, de quo ex Herodoto, Gellio atq; Cœlio Rhodigino prolixè multa dicta in Olympiorum Pindari hymno undecimo.*

ξυνολογῶν, ἄλλον δὲ Δίωνα, πρὸς ὅς τισι τῶν Συρακουσίων κοινολογούμενος, καὶ ἄλλον [a] Παρμενίωνα ἐπαινούμενος, καὶ Περδίκκαν Πτολεμαῖος, καὶ Πτολεμαῖον Σέλευκος. ἀλλὰ κἀκεῖνα λυπεῖ, ἃ ἐρώμενος πρὸς ἀνάγκην ξυνών, καὶ παλλακὶς ἄλλῳ χαίρουσα, καὶ ἀποστήσεσθαί τινες λεγόμενοι, ἢ δύο ἢ τέτταρες τῶν δορυφόρων πρὸς ἀλλήλους [c] διαψιθυρίζοντες. τὸ δὲ μέγιστον, [b] ὑφορᾶσθαι δεῖ τοὺς φιλτάτους μάλιστα, κἀξ ἐκείνων ἀεί τι δεινὸν ἥξειν ἐλπίζειν, ὁ [c] μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀπέθανεν, ἐκ φαρμάκων. ὁ δὲ καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ ἐρωμένου, τὸν δὲ ἄλλον ἴσως ὁμοιότροπος θάνατος κατέλαβεν. ΜΙ. ἄπαγε, δεινὰ ταῦτα φῄς, ὦ Ἀλεκτρυών. ἐμοὶ γὰρ πολὺ ἀσφαλέστερον σκυτοτομεῖν ἐπικεκυφότα, ἢ πίνειν ἀπὸ χρυσῆς φιάλης, [d] κωνείῳ καὶ [e] ἀκονίτῳ συνανακραθεῖσαν [f] φιλοτησίαν. ὁ δὲ κίνδυνος ἐμοὶ μέν, εἰ παρολισθοῖ τὸ

σμί-

a. Parmenio Perdiccas, Ptolemæus Seleucus principes fuerunt Alexādri, inter quos cùm post obitum Alexādri regnū diuidere tur, magna bella excitata sūt, quemadmodū est apud Iustinū in historia Alexandri, & Plutarchū quoque in Alexandro.

b. Hinc Phalaris Agrigentinorū Tyrannus in Epistola ad filium ait, se qui expertus sit utrūq; malle subesse quàm præesse, subitum enim aliorum malorum securum unum tyrannum metuere. Tyrannum autem καὶ τοὺς ἔξωθεν βουλεύοντας καὶ δι' ὧν σώζεται, idest, & alios & eos quibus corporis sui custodiam commisit.

c. Vel pulsi regno à proprijs liberis, uel capti, uel trucidati etiam miserrimè, qualia historiæ suppeditant exempla plurima.

d. Κώνειον, cicuta, uenenum παρὰ τὸ κωνᾶν circunuertere, διὰ τὸν γινόμενον ἴλιγγον καὶ σκότον τοῖς πίνουσι, quod uertigine corripiantur bibentes.

e. Ἀκόνιτον, herba præstantißimi ueneni, quem alij à loco sic dictam putant, alij ἀπὸ τῆς ἀκόνης, à cote: alij ab ἀκέζομαι quod accelerare significat, quod mortem afferat: alij etiam aliunde.

f. Vide prouerbium, Philotesius crater.

Atq; aliũ quẽpiã,[a] Dion cum Syracusanis nõnullis ad aurem cõmunicans. Rursum aliũ quendã urit Parmenion collaudatus, itẽ Perdicã Ptolemæus, Ptolemeũ Seleucus. Quin illa quoq; molestiã adferunt: amasius per uim non sponte conuiuens, concubina alio gaudens, tum si qui defectionem parare dicantur: aut duo quatuorue satellites inter sese consusurrantes. Porrò (quod est omnium grauißimum)[b] amicißimi quiq; uel maximè sunt formidandi, semperq; metuendum, ne quid magni mali ab illis exoriatur. Nam alius à filio ueneno necatus: alius est item ab amasio. Aliũ simile quoddã fortaßis mortis genus eripuit. MIC. Apagesis, atrocia miraq; sunt ista quæ narras ô Galle. Mihi igitur multo sit tutius operæ cerdonicæ pronum incumbere, quàm ex[c] aurea bibere phiala comiter delatum haustũ: cæterũ cicuta, aconitoq; temperatum. Nã mihi quidem hoc unũ est periculũ: ut si paulũ aberret

a. De Dione Syracusano uiro magno, quo modo consilio Platonis eiecerit Dionysium regem Syracusarum & patriam liberauerit à tyrãnide, est apud Plutarchum in Dione.

b. De quo si plura nosse cupis, deniq; quã sint miseri omnes diuites & potentes mundi, lege orationẽ Dionis sextam, de Tyrannide.

c. Quemadmodum in uersu Claudiani dicitur, Haurit & intentos capiti circunspicientes. Et rursum, Muniti gladijs uiuant septiq; uenenis. quod de plerisq; tyrannis & magnis in mundo, intelligitur.

σμιλίον, καὶ ἁμάρτοι καὶ τμήσῃ τὴν ἐπ' εὐθὺ, ὀλίγον ἢ αἱμάξαι τοῦ δακτύλου ἐντεμόντα. οἱ δὲ, ὡς φὴς, θανάσιμα δυσωχοῦνται, καὶ ταῦτα, μυρίοις κακοῖς συνόντες. εἶτ' ἐπειδὰν πέσωσιν, ὅμοιοι μάλιστα φαίνονται τοῖς τραγικοῖς ὑποκριταῖς, ὧν πολλοὺς ἰδεῖν ἔστι, τέως μὲν [a] Κέκροπας δῆθεν ὄντας, ἢ [b] Σισύφους, ἢ [c] Τηλέφους, διαδήματ' ἔχοντας, καὶ ξίφη ἐλεφαντόκωπα, καὶ ἐπίσειστον κόμην, καὶ χλαμύδα χρυσόπαστον. ἢν δὲ, οἷα πολλὰ γίγνεται, προσκρούσας τις αὐτῶν, ἐν μέσῃ τῇ σκηνῇ καταπέσῃ, γέλωτα δηλαδὴ παρέχει τοῖς θεαταῖς, τοῦ προσωπείου μὲν συντριβέντος αὐτῷ διαδήματι, ἡμαγμένης δὲ τῆς ἀληθοῦς κεφαλῆς τοῦ ὑποκριτοῦ, καὶ τῶν σκελῶν ἐπὶ πολὺ γυμνουμένων, ὡς τῆς τε ἐσθῆτος τὰ ἔνδοθεν φαίνεσθαι ῥάκια, δύστηνα ὄντα, καὶ τῶν ἐμβαδῶν τὴν ὑπόδεσιν ἀμορφοτάτην, καὶ οὐχὶ κατὰ λόγον τοῦ ποδός. ὁρᾷς, ὅπως με καὶ εἰκάζειν ἐδίδαξας ἤδη, ὦ βέλτιστε Ἀλεκτρυών. ἀλλὰ τυραννὶς μὲν, τοιοῦτόν τι ὤφθη οὖσα. ἵππος δὲ ἢ κύων, ἢ ἰχθὺς, ἢ βάτραχος ὁπότε γένοιο, πῶς ἔφερες ἐκείνην τὴν διατριβήν; ΑΛΕ. μακρὸν τουτονὶ ἀνακινεῖς τὸν λόγον, καὶ οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ. πλὴν τό γε κεφάλαιον, οὐδεὶς, ὅστις οὐκ ἀπραγμονέστερος τῶν βίων ἔδοξέ μοι τοῦ ἀνθρωπείου, μόναις ταῖς φυσικαῖς ἐπιθυμίαις καὶ χρείαις ἐμμεμετρημένος. τελώνην δὲ ἵππον, ἢ συκοφάντην βάτραχον, ἢ σοφιστὴν κολοιὸν, ἢ ὀψοποιὸν κώνωπα, ἢ κίναιδον ἀλεκτρυόνα, καὶ τἄλλα, ὅσα ὑμεῖς

ὑμεῖς

a. De Sisypho ob latrocinia à Theseo Atheniensium Rege interfecto, quomodo saxũ uoluens prematur apud inferos, est apud Ouid. 13. Metamorphos. Virgil. quoque lib. 6. Aeneid. Vide etiã prouer. Saxũ uoluere.

b. Cecrops primus Atheniensium Rex fuit qui Athenas Cecropiam à se appellauit. Plinius lib. 7. cap. 56.

c. Telephus Mysiorũ Rex fuit, de quo diximus in ultimo hymno Isthmiorum.

αἱμάξαι
ἐντεμόντα
γυμνουμένων
ἀπραγμονέστερος

ret[a] similion, deflectatq; à recta incisione, summum secantis digitum exiguo sanguine tingat. At isti quemadmodum narras, lethifera agunt conuiuia, atq; id innumerabilibus in malis constituti. Deinde ubi conciderint, persimiles esse uidentur tragœdiarum [b] histrionibus. Nam multi, sicut uidere licet, quo ad Cecropes sunt scilicet, aut Sisyphi, aut Telephi, diademata gestant, argenteisq; capulis gladios, comamq; uentilantem, & auro intertextam chlamydē: quod si quis (qualia nimirum permulta solent accidere) impulsos illos media in scena præcipites det, risum profectò moueant spectatoribus: uidelicet persona unà cum ipso diademate contrita, uero autem actoris capite luxato, cruribus maxima ex parte renudatis: ut iam interioris amictus, quàm miseri sint panni fiat perspicuum: ac cothurnorum quos pedibus induxerunt, appareat deformitas, haudquaquam ad pedis modum respondentium. Vide ut me iam similitudines conferre docueris, optime Galle. Cæterū tyrannis talis quædam res tibi uisa est esse: uerùm ubi equus esses, aut canis, aut piscis, aut rana, quomodo eam uitæ rationem referebas? GAL. Istū quem nunc suscitas sermonem & longior sit, neq; huius temporis. [c] Illud autem unū in genere dixerim: nullā ex omnibus uitā mihi non uisam trāquilliorem uita humana, naturalibus dūtaxat cupiditatibus & usibus circūscriptā. [d] Siquidem publicanū equum, aut sycophantā ranam, aut sophistā graculum, aut popinatorem culicem, aut cynædum gallum, atq; id genus alia, quæ uos studio

a. σμίλιον uel σμίλη, scalpellum, seu cultrum sutorium significat.

b. Histriones artifices seu ludiones qui personati in scenis fabulas agūt, sic dicti à nomine hister, quod Thusco uerbo ludionē significat, autoribus Liuio & Valerio.

c. Conclusio nullam uitam molestiorem esse humana.

d. Omnia nanque suæ naturæ debita soluūt, præter eū plus his qui rationis habet: ut in uersibus Alani dicitur, in quibus cōfert bruta animalia cum homine.

μεῖς ἐπιτηδεύετε, οὐκ ἂν ἴδοις ἐν ἐκείνοις. ΜΙ. ἀληθῆ ταῦτα ἴσως, ὦ Ἀλεκτρυών· ἐγὼ δὲ, ὅγε πέπονθα, οὐκ αἰσχυνοῦμαι πρὸς σὲ λέγειν. οὐδέπω δύναμαι ἀπομαθεῖν τὴν ἐπιθυμίαν, ἣν ἐκ παίδων εἶχον, πλούσιος γενέσθαι, ἀλλά μοι καὶ τὸ ἐνύπνιον ἔτι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἕστηκεν, ἐπιδεικνύμενον τὸ χρυσίον. καὶ μάλιστα ἐπὶ τῷ καταράτῳ Σίμωνι ἀποπνίγομαι, τρυφῶντι ἐν ἀγαθοῖς τοσούτοις. ΑΛΕ. ἐγώ σε ἰάσομαι, ὦ Μίκυλλε. καὶ ἐπείπερ ἔτι νὺξ ἐστὶν, ἐξαναστὰς ἕπου μοι, ἀπάξω γάρ σε πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν Σίμωνα, καὶ εἰς τὰς τῶν ἄλλων πλουσίων οἰκίας, ὡς ἴδοις οἷα τὰ παρ' αὐτοῖς ἐστι. ΜΙ. πῶς τοῦτο κεκλεισμένων τῶν θυρῶν; εἰ μὴ καὶ τοιχωρυχεῖν με συναναγκάσεις; ΑΛΕ. οὐδαμῶς, ἀλλ' ὁ Ἑρμῆς, οὗπερ ἱερός εἰμι, ἐξαίρετον ἔδωκέ μοι τοῦτο, ἤν τις τὸ οὐραῖον πτερὸν τὸ μήκιστον, ὃ διὰ ἁπαλότητα ἐπικαμπές ἐστι. ΜΙ. δύο δ' ἔστι σοι τοιαῦτα. ΑΛΕ. τὸ δεξιὸν τοίνυν ὅτῳ ἂν ἐγὼ ἀποσπάσας παράσχω ἔχειν, ἐς ὅσον ἂν βούλωμαι, ἀνοίγειν τε ὁ τοιοῦτος πᾶσαν θύραν δύναται, καὶ ὁρᾶν τὰ πάντα, οὐχ ὁρώμενος αὐτός. ΜΙ. ἐλελήθεις με, ὦ Ἀλεκτρυὼν, καὶ σὺ γόης ὤν. ἐμοὶ δ' οὖν ἢν τοῦτο ἅπαξ παράσχῃς, ὄψει[b] τὰ Σίμωνος πάντα ἐν βραχεῖ δεῦρο μετενηνεγμένα, μετοίσω γὰρ αὐτὰ παρελθών· ὁ δὲ αὖθις περιτρώξεται, ἀποπίνων τὰ καττύματα. ΑΛΕ. οὐ θέμις γενέσθαι τοῦτο, παρήγγειλε γὰρ ὁ Ἑρμῆς, ἤν τι τοιοῦτον ἐργάσηται ὁ ἔχων τὸ πτερὸν, ἀναβοήσαντά με, καταφωρᾶσαι αὐτόν. ΜΙ. ἀπί-

ἔστι

a. Pro ἄν τινι, articulo præpositiuo posito pro infinito τις, quod sæpè usu uenire solet.

b. Secunda persona media Attica pro ὄψῃ ab ὄψομαι. Attici enim quatuor in 2 persona præsentis in ει finiunt, quemadmodū id in Grammaticis libellis docetur.

communiſcimini, haudquaquam inter illos uidebis. MIC. Quæ dicis, ô Galle, fortaßis uera ſunt: uerũ non me pudebit apud te fateri, quod mihi accidit. Haud unquam quiui dediſcere cupiditatem illam, à puero mihi inſcitam, uidelicet ut diues euadã. Quin nunc quoq; ſomnium illud ob oculos uerſatur, aurum oſtentans: potiſsimum autem ſceleſtus ille[a] Simon excruciat, qui quidem tãtas inter opes delicietur. GAL. At ego te iſto leuabo morbo Micylle, tametſi nox etiamdũ eſt. Surge modò, ac ſequere me. Siquidem ad ipſum te Simonem adducam, atq; in aliorum diuitum ædes, quo nimirum uideas, quomodo res habeãt apud illos. MIC. [b]Iſthuc quo pacto, clauſis foribus? Num me parietes tranſfodere compelles? GAL. Nequaquã, uerùm Mercurius, cui ſum ſacer, hoc optanti mihi largitus eſt, ut ſi quis longißimam caudæ plumam, quæ ob molliciem inflectitur. MIC. Atqui duas habes eiuſmodi. GAL. At dextram ex his auulſam cuicunq; ego geſtãdam dedero, is quoad uoluero, fores omneis poterit aperire, cunctaq; uidere, ipſe inuiſibilis. MIC. Equidem ignorabam, ô Galle, te præſtigiarum quoq; peritum eſſe. Porrò ſi mihi iſthuc[d] ſemel præſtiteris, uidebis illicò Simonis uniuerſas opes huc deportatas, nam eas huc rediens transferam. At ille rurſum circũrodet, ebibetq; putria coria, quibus conſueuit ſoleas compingere. GAL. Atqui nefas ſit iſthuc facere. Siquidem Mercurius illud mihi mandauit, ut ſi quis pennam tenens, iſtiuſmodi quippiam patrarit, uociferans furem proderem. MIC. Rem neu

a. Eius quoq; ſuprà meminit quomodo ex pauperrimo ſutore ſubitò diues effectus, ab omnibus tantũ non pro deo colatur.

b. Num exemplis probat quæ dixit hactenus.

c. Singulis dijs certa animalia ſacra ac dicata fuerũt apud ueteres Mercurio gallus, Muſis cicadæ, aquila Ioui, alijs alia, piſces etiam quibuſdã, ut Atheneus meminit lib. 7.

d. Ideſt ſi licuit mihi alienas fores aperire, & in ædibus obãbulare inuiſibilis cunctis exiſtens.

ἀπίθανον λέγεις, κλέπτην τὸν Ἑρμῆν αὐτὸν ὄντα, τοῖς ἄλλοις φθονεῖν τοῦ τοιούτου. ἀπίωμεν δ' ὅμως, ἀφέξομαι γὰρ τοῦ χρυσίου, ἢν δύνωμαι. ΑΛΕ. [a]ἀπότιλον ὦ Μίκυλλε πρότερον τὸ πτίλον. τί τοῦτο, ἄμφω ἀπέτιλας; ΜΙ. ἀσφαλέστερον οὕτως, ὦ Ἀλεκτρυὼν, καὶ σοὶ ἧττον ἄμορφον τὸ πρᾶγμα ἂν εἴη, ὡς μὴ χωλεύοις διὰ θάτερον τὶ ὁρᾷς μέρος. ΑΛΕ. εἶεν, ἐπὶ τὸν Σίμωνα πρῶτον ἄπιμεν, ἢ παρ' ἄλλον τινὰ τῶν πλουσίων; ΜΙ. οὐ μὲν οὖν, ἀλλὰ παρὰ τὸν Σίμωνα, ὃς ἀντὶ δισυλλάβου τετρασύλλαβος, ἤδη πλουτήσας, εἶναι ἀξιοῖ. καὶ δὴ πάρεσμεν ἐπὶ τὰς θύρας, τί οὖν ποιῶ τὸ μετὰ τοῦτο; ΑΛΕ. ἐπίθες τὸ πτερὸν ἐπὶ τὸ κλεῖθρον. ΜΙ. ἰδοὺ δὴ, ὦ Ἡράκλεις, ἀναπεπέταται, ὥσπερ κλειδὶ, ἡ θύρα. ΑΛΕ. ἡγοῦ ἐς τὸ πρόσθεν. ὁρᾷς αὐτὸν ἀγρυπνοῦντα, καὶ λογιζόμενον; ΜΙ. ὁρῶ νὴ Δία, πρὸς ἀμαυράν γε καὶ διψῶσαν τὴν θρυαλλίδα, καὶ ὠχρὸς δ' ἐστὶν, οὐκ οἶδ' ὁπόθεν, ὦ Ἀλεκτρυὼν. καὶ [b]κατέσκληκεν ὅλος, [c]ἐκτετηκὼς ὑπὸ φροντίδων δηλαδὴ, οὐ γὰρ νοσεῖν ἄλλως ἐλέγετο. ΑΛΕ. ἄκουσον, ἅ φησιν, εἴσῃ γὰρ, ὅθεν οὕτως ἔχει. ΣΙ. οὐκοῦν τάλαντα μὲν ἑβδομήκοντα ἐκεῖνα πάνυ ἀσφαλῶς ὑπὸ τῇ κλίνῃ [d]κατορώρυκται, καὶ οὐδεὶς ὅλως εἶδε, τὰ δὲ ἑκκαίδεκα εἶδε Σωσύλος ὁ ἱπποκόμος ὑπὸ τῇ φάτνῃ κατακρύπτοντά με. ὅλως γοῦν περὶ τὸν ἱππῶνα ἐστὶν οὐ πάνυ ἐπιμελὴς, ἄλλως τ' οὐδὲ φιλόπονος ὢν, [e]εἰκὸς δὲ [f]διηρπάσθαι πολλῷ πλείω τούτων, ἢ πόθεν

γὰρ

a. Aorist. a. est imperatiui modi uerbi ἀποτίλλω.
b. Præteritum est uerbi σκλίω areo.
c. Præteriti medij participiũ uerbi τήκω macero, tabesco, liquefacio.
d. Præteritum paßiuum Atticum est pro κατώρυκται. Attici enim inceptis ab α ι ω præfigunt in præterito duas priores literas præsentis.
e. Præteriti medij participiũ est impersonale ab εἴκω.
f. Præteritum paßiuum infinitiui modi à διαρπάζομαι.

ἦν

tiquam uerisimilem narras, nempe[a] Mercurium quum ipse sit fur, non sinere alios, ut idem faciant. Sed tamẽ abeamus. Nam aurum auferã, si modò possim. GAL. Pennam prius reuellito. Quid hoc rei? ambas reuulsisti. MIC. Tutius hoc quidem ô Galle, tum tibi minus fœdũ sit futurũ, ne altera caudæ parte mutilatus claudices. GAL. Age sanè: Sed utrum Simonem prius adimus, an alium quempiam diuitum? MIC. Haud aliò, imò ad Simonẽ, qui uidelicet pro dissyllabo,[c] tetrasyllabus esse affectet, posteaquàm diues euasit. Sed iam ad fores accessimus. Quid igitur deinceps facio? GAL. Pennam seræ admoue. MIC. Ecce autem, dij boni, ostiũ perinde atq; claui resilijt. GAL. Perge porrò procedens, [c]Vides illum uigilantem ac supputantem? MIC. Video per Iouem, & quidem ad obscuram siticulosamq; lucernã. Præterea pallet, haud scio unde Galle, totusq; exaruit, atq; extenuatus est, mirum, ni curis. Neq; enim auditum est illum alioqui malè habere. GAL. Ausculta quid dicat, siquidem intelliges, quibus de causis ad eum modũ sit affectus. SIMON. Nimirum septuaginta illa[d] talenta tutò admodum sub lectica defossa sunt, neq; quisquam alius omnino uidit. At uerò, sedecim illa Sosylus equiso uidit me sub præsepi occultantem. Itaq; de curando stabulo non est admodum sollicitus, quanquam nec aliàs admodum laboris appetens, u.. risimile est autem illum multò etiam his plura sustulisse.

a. Vide prouerb. Communis Mercurius.

b. Idest uult dici, pro Simon Simonides: ita ut fit pauperes quando ditescunt & ad honores euehuntur.

c. Effictio seu imago diuitis cogitabundi et rationem supputantis, auari et curis se macerantis.

d. Talẽtũ multiplex antiquis fuit, Ægyptiũ, Ptolemaicum, Syriũ, Tyriũ, Antiochenũ, Babylonicum, Euboicũ, Rhodium, Neapolitanũ, Syracusanum, Atticum, quod est cõmunius apud authores: quod et plerũq; intelligũt, quod coronatis ualebat sexcẽtis, Budæus de asse. e. Rationes quibus colligit So-

γὰρ ὁ Τίβιος τὸν τοῖχον αὐτῷ οὕτω μέγαν [a] ὠψώνηκε χθές; ἐλέγετο δὲ τῇ γυναικὶ [b] ἐλλόβιον [c] ἐωνῆσθαι πέντε δραχμῶν. ὅλως τἀμὰ οὗτοι [a] σπαθῶσι τοῦ κακοδαίμονος. ἀλλ' οὐδὲ τὰ ἐκπώματά μοι ἀσφαλῶς ἀπόκειται, τοσαῦτα ὄντα. [e] δέδια γοῦν, μή τις ὑπορύξας τὸν τοῖχον ὑφέληται ταῦτα, πολλοὶ φθονοῦσι, καὶ ἐπιβουλεύουσί μοι καὶ μάλιστα ὁ γείτων Μίκυλλος. ΜΙ. νὴ Δία, σοὶ γὰρ ὅμοιος ἐγώ, καὶ τὰ τρύβλια ὑπὸ μάλης ἔχω. ΑΛΕ. σιώπησον ὦ Μίκυλλε, μὴ καταφωράσῃ παρόντας ἡμᾶς. ΣΙ. ἄριστον γοῦν, ἄγρυπνον αὐτὸν φυλάττειν, ἅπασαν περίειμι διαναστὰς ἐν κύκλῳ τὴν οἰκίαν, τίς οὗτος; ὁρῶ σέ γε ὦ τοιχωρύχε, μὰ Δία. ἐπεὶ κίων γε ὢν τυγχάνεις, εὖ ἔχει. ἀριθμήσω αὖθις, ἀνορύξας τὸ χρυσίον, μή τί με πρῴην διέλαθεν. ἰδοὺ, πάλιν ἐψόφηκέ τις ἐπ' ἐμέ. δηλαδὴ πολιορκοῦμαι καὶ ἐπιβουλεύομαι πρὸς ἁπάντων. ποῦ μοι τὸ ξιφίδιον, ἂν λάβω τινά. θάπτωμεν αὖθις τὸ χρυσίον. ΑΛΕ. τοιαῦτα μέν σοι, ὦ Μίκυλλε, τὰ Σίμωνος, ἀπίωμεν δὲ καὶ παρ' ἄλλον τινά, ἕως ἔτι ὀλίγον τῆς νυκτὸς λοιπόν ἐστιν. ΜΙ. ὁ κακοδαίμων, οἷον [f] βιοῖ τὸν βίον. ἐχθροῖς οὕτω πλουτεῖν γένοιτο. κατὰ κόρρης γοῦν πατάξας αὐτὸν ἀπελθεῖν βούλομαι. ΣΙ. τίς ἐπάταξέ με; λῃστεύομαι ὁ δυστυχής. ΜΙ. οἴμωζε, καὶ ἀγρύπνει, καὶ ὅμοιος γίγνου τὸ χρῶμα τῷ χρυσῷ, [g] προστετηκὼς αὐτῷ. ἡμεῖς δέ, εἰ δοκεῖ, Γνίφωνα τὸν δανειστὴν

a. Ab ὀψωνέω unde nomē ὀψώνιον, omne id quod dabatur præter panem & uinum: ab ὄψω uel ἕψω elixo, coquo, uel ὀπτάω asso, & ὠνέομαι emo. græci quoq; stipēdia, opsonia uocabant.

b. Dißipabūt Aorist. 2. paßiuus coniunctiui modi, à σπάομαι.

c. Ornamētum ab aure dependens, διὰ τὸ ἐν τοῖς λοβοῖς τῶν ὤτων εἶναι.

d. Præteritum paßiuum infinitiui modi. Atticum pro ὠνῆσθαι ab ὠνέομαι.

e. Præteritū medium à λάκω. f. A βιόω. g. Affixus, præteritum medium à τήκω, ut suprà quoq; annotauimus.

Nam unde alioqui Tibius heri tam ingens salsamentum illi opsonio proposuisset? Tum autem aiunt, illum monile emisse uxori drachmis quinq;. Heu misero mihi. Hi omnia mea dißipabunt bona. Quid quòd ne pocula quidem sat in tuto mihi recondita sunt, quum sint multa. Vereor enim, ne quis ea suffosso pariete tollat, complures mihi inuident, atq; insidias parant. Præter cæteros autem Micyllus iste uicinus. MIC. *Ita per Iouem. Nam tibi sum similis ac*[a] *patellas sub ala gesto.* GAL. *Tace Micylle, ne protinus ipso in furto nos prodas.* SIMON. *Optimum igitur fuerit ut ipse insomnis seruem. Omnem obibo domum in orbem obābulans. Quis iste? uideo te per Iouem. O parietū perfoßor, posteaquàm es columna, benè res habet. Pernumerabo denuò refossum argētum, ne quid fortè dudum me fugerit. En rursum, obstrepuit mihi nescio quis. Nimirum obsideor, atq; insidijs appetor ab omnibus, ubi mihi gladius? Si quenquam deprehendero, rursum aurum defodiamus.* GAL. *Sic tibi habent ô Micylle, res Simonis. Sed abeamus ad alium quempiam donec noctis adhuc aliquantulum superest.* MIC. *O miser, cuiusmodi uiuit uitam? hostibus eueniat ad hunc modum diuitem esse. Itaq; pugno illi in maxillam illiso, uolo discedere.* SIMON. *Quis me pulsauit? Latrocinio despolior, miser.* MIC. *Plora ac uigila,*[b] *auriq; similis corpore reddaris: quandoquidem illi affixus, deditus es. Nos autem, si uidetur, Gniphonem fœneratorem uisamus. Nam nec is*

sylum sedecim talenta abstulisse.

a. Ideſt quemadmodum tu mihi olim pauperi, pauper ipse quoque cum te in Saturnalibus inuitasſem, abiens furabaris ollam fictilem, quam hinc habebam unicā: sic nūc contrà, tibi uolo furari diuiti.

b. Ideſt patellas quemadmodum aurū. Diogenes Cynicus mirabilis ille Philosophus, aliquando rogatus quare aurum pallidum esset: respōdit, quia multos habet insidiatores.

ἴδωμεν, οὐ μακρὰν δὲ καὶ οὗτος οἰκεῖ. [a]ἀνέῳκται αὐτῷ ἡ θύρα. ΑΛΕ. ὁρᾷς ἐπαγρυπνοῦντα καὶ τοῦτον ὑπὸ φροντίδων, ἀναλογιζόμενον τοὺς τόκους, καὶ τοὺς δακτύλους κατεσκληκότα ὃν δεήσει[b] μετ᾽ ὀλίγον πάντα ταῦτα λιπόντα [c]σίλφην ἢ ἐμπίδα ἢ [d]μυῖαν γενέσθαι. ΜΙ. ὁρῶ κακοδαίμονα καὶ ἀνόητον ἄνθρωπον οὐδὲ νῦν πολὺ τῆς σίλφης ἢ ἐμπίδος ἄμεινον βιοῦντα, ὡς δὲ καὶ οὗτος ἐκτέτηκεν ὅλος ὑπὸ τῶν λογισμῶν ἐπ᾽ ἄλλον ἀπίωμεν. ΑΛΕ. παρὰ τὸν σὸν Εὐκράτην, εἰ δοκεῖ. καὶ ἰδοὺ, γὰρ ἀνέῳκται καὶ αὕτη ἡ θύρα, ὥστε εἰσίωμεν. ΜΙ. ἅπαντα ταῦτα μικρὸν ἔμπροσθεν ἐμὰ ἦν. ΑΛΕ. ἔτι γὰρ σὺ ὀνειροπολεῖς τὸν πλοῦτον; ὁρᾷς γοῦν τὸν Εὐκράτην αὐτὸν μὲν ὑπὸ τοῦ οἰκέτου, πρεσβύτην ἄνθρωπον. ΜΙ. ὁρῶ νὴ Δία καταπυγοσύνην τινά, καὶ παθητιασμόν, καὶ ἀσέλγειαν οὐκ ἀνθρωπίνην, τὴν γυναῖκα δὲ ἑτέρωθι, ὑπὸ τοῦ μαγείρου μοιχευομένην καὶ αὐτήν. ΑΛΕ. τί οὖν ἐθέλοις ἂν καὶ τούτων κληρονομεῖν ὦ Μίκυλλε, καὶ πάντα ἔχειν τὰ Εὐκράτους. ΜΙ. μηδαμῶς, ὦ Ἀλεκτρυὼν, λιμῷ πρότερον ἀπολοίμην, ἢ τοιοῦτόν τι πείσωμαι, χαιρέτω τὸ χρυσίον, καὶ τὰ δεῖπνα. δύο ὀβολοὶ ἐμοί γε πλοῦτός ἐστι μᾶλλον, ἢ τειχωρυχεῖσθαι πρὸς τῶν οἰκετῶν. ΑΛΕ. ἀλλὰ νῦν, ἡμέρα γὰρ ἤδη ἀμφὶ τὸ λυκαυγὲς αὐτὸ, ἀπίωμεν οἴκαδε, παρ᾽ ἡμᾶς, τὰ λοιπὰ δὲ εἰσαῦθις ὄψει, ὦ Μίκυλλε.

a. Tertia persona præteriti paßiui attica ab ἀνοίγομαι.

b. Reuertitur ad Metamorphosin, hoc est migrationem animarũ, quæ Pythagoras ambulare docuit in omnium animantium corpora.

c. σίλφη Blatam significat σκώληκα.

d. Περὶ μυίας de musca, extat uersiculus prouerbialis ualde elegans, quem non grauabor adscribere. ἔχει καὶ ἡ μυῖα σπλῆνα ἔνεστι καὶ μύρμηκι χόλος. docet autem neminem inimicum quamuis humilem esse aspernandum.

procul hinc habitat: ipsæ nobis suapte sponte fores patuerunt. GAL. Vides hunc quoq; curis inuigilantem, & usurarum rationes iterantem digitis contortis? cui propemodum relictis his omnibus sit in silpham, aut^a culicem, aut muscam abeundum. MIC. Equidem uideo miserum ac uecordem hominem, ne nunc quidem multò meliorem, uiuere uitam, quàm silphæ aut culicis: adeò totus & hic à curis & rationibus est extenuatus. Nuncad alium eamus. GAL. Ad^b tuum, si uidetur, Eucratem. En tibi fores per se patuere. Quin introimus? MIC. Paulò antè hæc omnia mea erant. GAL. At etiam nunc tu diuitias somnias? uides igitur Eucratem ipsum quidem à famulo, uirum natu grandem. MIC. Video profectò quiddam haudquaquam uirile. Porrò altera ex parte ipsam item uxorem à coquo constuprari. GAL. Quid ergo? Num optaris & horũ hæres existere Micylle, cunctaq; poßidere, quæ sunt Eucratis? MIC. Haudquaquam Galle: imò fame citius interierim, quàm id genus quippiam patrarem. Valeat aurum & conuiuia. Duo oboli mihi potiores diuitiæ sunt, quàm si à domesticis mihi domus profodiatur. GAL. Sed iam nunc quandoquidem dies fermè diluxit, domũ ad nos redeamus. Reliqua rursus aliàs uidebis Micylle.

a. Ἐμπίδα Theodorus Gaza apud Aristotelem modò culicem palustrem reddidit, modò culicem mulionẽ, nonnũquam uerò simpliciter culicem: uide Aristotelem lib. 5. historiæ animalium cap. 19. ἐμπίδας uero Aristophanes ὀξυστόμους dixit in auibus ὀξυαδόσας, & in νεφέλαις sonoras esse ἐμπίδας ait.

b. A quo fuerat acceptus cõuiuio & qui ipsi causa fuerat aurei somnij, quemadmodũ in initio Dialogi statim dictum est. Id est, somniauerat quomodo mortuo Eucrate bona ad se tanquam hæredem proximum peruenissent.

FINIS.

ΞΕΝΟΦΑΝΟΥΣ
περὶ μετεμψυχώσεως
Πυθαγόρου.

ΚΑὶ ποτέ μιν στυφελιζομένου σκύλακος παριόντα,
Φασὶν ἐποικτεῖραι καὶ τόδε φάσθαι ἔπος.
Παῦσαι μὴ δὲ ῥάπιζ' ἐπεὶ φίλου ἀνέρος ἐστὶ
ψυχή, τὴν ἔγνων φθεγξαμένης ἀΐων.

XENOPHANIS

ELEGIA DE ME-tempsychosi Animarum Pythagoræ.

QVi catulum duro miseratus uerbere cæsum,
Cùm, ut fama est, olim præterijsset, ait:
Desine, ne miserum cædas, nam charus amici
Est animus, quod uox indicat ipsa mihi.

VITA PYTHAGORAE.

PYthagoras Samius philosophus, patre Demarato, locuplete ac negociatore,[a] Ægyptum primò, mox Babyloniam, discēdi syderū cursus gratia, profectus est. Inde egressus, in Cretam ac Lacedæmoniam peruenit, ut Lycurgi et Minois inclytas ea tempestate leges[a] agnosceret. Ad ultimum in Italiam transmittens[b] Crotone cōsedit, ubi populos luxuriæ assuetos autoritate ac doctrina ad frugalem cultū reuocauit: matronas ad pudicinā, iuuenes ad modestiā cohortari cœpit. Eius passim sanctitate ac uitę abstinētia inductæ mulieres, auratas uestes, ornamentaq́; lasciuiora in templo Iunoni consecrauere.

a. Veteres plerique discendi gratia terras peregrinas abierunt. Sic Cicero non contentus audiuisse doctißimos quosq; philosophos & rhetores Athenis, nisi quoque in Rhodo magnū Apolloniū rhetorem, & Poßidonium philosophū audiuisset, in quorum & conspectu magna cū admiratione & stupore omniū declamauit. Sic Apollonius Tyanæus, seu magnus, seu philosophus, discēdi & uidendi causa totum terrarum orbem peragrauit: quemadmodum id docet Philostratus in octo libris de Apollonio.

b. Quæ fuit ciuitas Italiæ, in sinu Tarentino, Milone Crotoniata discipulo Pythagoræ, deniq; multis alijs athletis & Pythagoreis celeberrima, quemadmodum et id prouerbio significatum est, Crotoniatarum postremus, is reliquorum Græcorum primus est. Item, Crotonæ salubrius.

secrauere. Sed ex iuuenibus 300. cum sodalitij iure sacramento quodam nexi, separatim à cæteris ciuibus religionis ac modestiæ causa agitarẽt, suspitione clandestinæ cõiurationis, ciuitatem in se conuerterunt. Itaq; eos in unam domum coactos, uulgus cremare cõtendens, omnia tumultu cõpleuit, ubi 60. periere, cęteri in exilium profecti. Pythagoras itaq; cum multos annos Crotone egisset, [a] Metapõtum migrauit, ibiq; decessit. Cuius tanta fuit admiratio, ut ex domo eius templum facerent, eumq; pro deo colerẽt. Hæc ex Trogi libro 20. Quintilianus autẽ lib. 9. Cicero uerò ait, Tãtum opinio de Pythagora præiudicari potuit, ut eius etiã sine ratione ualeret autoritas. Docuit in Italia regnante Seruio Tullo: Liuius & Dionysius authores. Eius Philostratus in principio uitæ Apollonij pluribus uerbis meminit: [b] quemadmodum ab omnibus abstineret animalibus, animamq; reducem putaret. Se propterea Euphorbum Troianum dicebat, deinde pauonem fuisse. Ex quo Persius noster Pythagoræum appellat

a. Metapõtum Italiæ oppidũ est, agricolatione et terræ prouentu felix: cõditum post bellum Troianum à socijs Nestoris suauiloqui illius, ut est apud Homerũ.

b. De quo multa apud Laërtium, Plutarchũ etiam, Erasmũ in chiliadibus, Clementem in τρώμασι, ubi exponunt hi autores Symbola Pythagoræ, in quibus tota historia uitæ, & Scholæ, morũ atq; studiorum Pythagoræ cõtinetur. Vide quoq; nostras Annotationes quas fecimus in Dialogum Luciani, qui Gallus inscribitur.

pellat pauonem. De ipſius ſecta ſcripſit Iamblicus libros tres, qui adhuc extant, in quos commẽtarios edidit Simplicius. Opus utrunq; in bibliotheca Vaticana conſpicitur. Ipſius apophthegma φίλων πάντα κοινὰ, Amicorum omnia communia. Hæc Volaterranus.

FINIS.

BASILEÆ, EX OFFI-
CINA IACOBI PARCI,
SVMPTIBVS IOANNIS OPO-
RINI, ANNO M.D.LVII.
MENSE AVGVSTO.

Chartarum series.

a b. AA BB CC DD EE FF, A B C D E
F G H I K L M N O P Q R S T V,
A *a* Bb Cc Dd Ee.

Tot *folio, quot signaturæ, nisi quòd* FF *coniuncta cum* V, *debet disiungi.*

APPENDIX.

QVia ſæpe in Catalogo noſtro facta eſt mentio magni uoluminis Græcorum Epigrammatum, ſimiliter & orationum & Epiſtolarum Grȩcarum ab Aldo editarum; ſubijcimus nunc de ijs pauca, ut & hæc præclara uolumina paucis nota, adoleſcentes qualia ſint, cognoſcant,

Epigrammata ueterum Græcorum plurimorum, quæ Agathias Scholasticus collegerat, lasciuioribus resectis, in unum iam uulgò sparsum uolumen coëgit. Hæc epigrammata in libros 7. digesta, Anthologij, id est, Florilegij titulo, Aldus excudit Venetijs, in 8. 1521. Singulis libris præponuntur argumenta, siue loci communes, secundum quos ipsa epigrammata distributa sunt. Primus liber uarios communes locos complectitur. Secundus, habet epigrammata scoptica, dicteria, sales. Tertius, epitaphia. Quartus, epigrammata in Deorum imagines, hominum statuas, animalium effigies: & in loca quædam, siue topographias. Quinto libro inest Christodori poëtæ Thebani copitæ descriptio imaginum publici Gymnasij, quod Zeuxippi cognominabatur, quibus exprimuntur laudes plurimorum doctorum, & aliâs insignium uirorum: item epigrammata in aurigas Hippodromi Constātinopolitani. Sextus liber epigrammata continet anathematica, id est, consecrationum & dedicationum. Postremus, meretricia & amatoria.

Eadem rursus impressa sunt Basileæ in officina Frobeniana, anno 1549. in folio, cum doctißimis Commentarijs doctißimi uiri Ioannis Brodæi, qui etiam doctißima Commentaria in Q. Calabri Paralipomena Homeri, & Coluthum de Raptu Helenæ, edidit: & prodibunt etiam paulò pòst eius commentarij in Euripidem. Extant etiam Vincentij Obsopæi doctißimæ annotationes in ea epigrammata ab Oporino impressæ, in 8. Autores autem quorū epigrammata in eo uolumine ponuntur, sunt propè trecenti. Eorum nomina breuitatis causa prætereo.

Epistolæ diuersorum philosophorum, oratorum, rhetorum, Græcè impressæ duobus tomis, in 4. ab Aldo, Venetijs anno 1499. mense Martio.

Nomina

Nomina autorum quorum Epistolæ in primo tomo continentur,

Synesius.
Demosthenes.
Plato.
Aristoteles.
Philippus.
Alexander.
Hippocrates.
Diogenes.
Crates.
Anacharsis.
Euripides.
Theano.
Melissa.
Mya.
Theophylactus.
Ælianus.
Æneas.
Procopius.
Dionysius.
Lysis.
Amasis.
Democritus.
Heraclitus.
Alcyphron.
Philostratus.
Musonius.

Quæ in secundo tomo habentur,

Basilius Magnus.
Chion Platonicus.
Isocrates orator.
Brutus Romanus.
Apollonius Tyanensis.
Iulianus Cæsar apostata.
Libanius rhetor.
Æschines orator.
Phalaris tyrannus.

¶ De magno uolumine græcorum Rhetorum, ab Aldo Venetijs in folio æditorum.

IN eo uolumine insunt orationes Græcæ Demosthenis, Æschynis, Lysiæ, Lycurgi, Antiphontis, Andocidis, Isocratis, Antisthenis, Demadis, Herodis Attici, omnium Rhetorum Athenienšium, Isæi præterea Assyrij, Dinarchi Corinthij, Gorgiæ Leontini, Alcidamantis, Aristidæ Adrianæi, & quædam alia.

Jvis Rujezb FINIS. Nouelle tubul.